

22

31

Q. D. B. V.

MONOTHELE- TARUM HÆRESIS,

DISSERTATIONE HISTORICO-THEOLOGICA
DESCRIPTA,

quam

Venerandi Collegii Theologici consensu,

IN ALMA LEUCOREA,

Sub PRÆSIDIO

ÆGIDII STRAUCHII,

S.S. Theol. D. & Historiarum

Prof. Publ.

Publico Examine ad diem XXVIII. Octobr. 1665.

horis locog, solitis,

exhibet

ALBERTUS GREVENADP/

Suderovio-Holfatus,

WITTENBERGÆ

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad, Typ.

Anno clæ lcc LXXXVI.

1665
108

Handwritten signature or mark



L. D. B. V.
MONOTHELL
TARUM HABESIS

DISSERTATIONE HISTORICO-THEOLOGICA
DESCRIBITA

Venerandi Collegii Theologici consensu
IN ALMA LITHORREA
SALVATORIA

EGIDIUS STRAUSS
S. S. Theol. D. & Historiarum
Prof. Publ.

Publico Examine ad diem XXVII. Octobr. 1807.
habeat locum solenne

ALBERTUS WEGENER
Suderovio-Hollatus

WITTEMBERG
Typis Christiani Schröderi Acad. Typ.
Anno ab Inc. LXXXVI.





I. N. J.



§. I.
Capitalis Christiani nominis
hostis Satanas benedicti seminis
calcaneum, non eò tantum tempore
conterere conatus est, quò vix nato Ser-
vatori nostro, per Herodem, insidias stru-
xit, instigavitq; Judæos postea, ne ac-
quiescerent prius, quàm exanimatum in

cruce autorem vitæ contemplati essent; sed consummatæ mali-
tiæ intuitu sibi ipsi perpetuò similis, quod adversus Christum
ejusque Ecclesiam susceperat bellum, diutissimè continuavit,
dum Tyrannorum formavit ingenia, atque adeò auctor fuit, ut
nova martyrii genera excogitarint, *tunicam molestam*,
id est, indusium cerâ litum, Christianis, tædâ & papyrò circum-
datis, decernentes; (*vide Scalig. ad Euseb. p. 181.*) vel ferarum ter-
git eos contegentes, quò canum interirent laniatu, (*Sulpitius*
L. II.) vel *Semissios & Sarmentitios* insontes fingentes,
id est, ut ad stipitem dimidii asseris revincti, sarmentorum am-
bitu exurerentur, vel in *Eqvuleo* suspendi eos jubentes, &
cum ferreis pectinibus carnes eorum carminari (*vid. Autor*
vite Blasii martyris ap. Jurctum in notis ad Paulini L. V.) tantamq;
adeo fidelium edentes stragem, ut rivi pingvedinis humanæ per
arenam amphitheatri sulcum fecerint, *Tacitò* referente. Et ne
immanitas modum habere videretur, non in homines tantum,
sed loca insuper inanimata, quod in iis Jesu suo officium & dili-
gentiorem cultum tribuere Christiani assueverint, sevitum est,
existimante *Adrianò*, se Christianam fidem loci injuriâ perem-
tutum, dum in templo ac loco Dominicæ Passionis, Dæmonum
simulacra constituit, & *Paulino* ansam conquerenti dedit; ubi
sacra nati Salvatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingen-
tium,

zium, lascivis luctibus, infamen ritum ululare. Caterum cum Christianorum constantiam omnem Tyrannorum frustrari expectationem animadverteret Satan; nam (canente Prudentio in Hymno D. Vincentii:)

Ridebat hæc miles DEI
Manus cruentas increpans:
Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula,

Violentiae comites astutiam & fraudem esse voluit, infinitas errorum myriades eorum insusurrans auribus, qui nomina sua inter Christianos professi antea fuerant. Hæreticos intelligo, quorum tantò formidolosius adversus orthodoxos bellum censeferi debuit, quantò pertinacius illi Christianos se esse, nostrosq; in fide socios, mentiti sunt, Atque infernalis hæc hydra tam multiplice capite, caudaque fuit conspicua, ut satis eam depingere, in exigua imprimis charta, ἀδύνατον judicemus.

§. 2. Non digrediemur ab instituto nostro longius, sed de *ῥηισμαχόις* tantum, seu iis, qui salutarem de Christo doctrinam impugnarunt olim, repetemus quadam; non dicturi tamen de eorum erroribus, qui vel veram Christi Deitatem, cum *Ebione, Samosateno, Ario, Eunomio, Photino* & hujus furfuris deceptoribus aliis, impugnarunt, vel veram ejus humanitatem, cum *Cerdonianis, Valentinianis, Marcianitis, Appellitis, Manichæis, Apollinaristis* & similibus haud sincerè crediderunt; sed in usum nostri, de *Monothelitis*, discursus, ut ἐκ τῶν ριζῶν, id est, radicibus & stirpibus imis exordiamur historiam hanc, eorum tantum facere mentionem placet, quos *ῥηισολύτῃς καὶ ἐξοχλῶ* vocare consueverunt. Horum igituralii unitatem personæ Servatoris nostri negarunt, sive quod alia Jesu, alia Christi persona fuerit, cum *Cerinthianis* & *Gnosticis* fingentes, sive in tres personas Jesum Christum, cum *Valentinianis*, dividentes, sive Christos duos cum *Helcesaitis* somniantes, sive denique utriq; in Christo naturæ ἰσῶσιον propriam tribuentes, duasq; adeò in Servatore nostro personas propugnantes. Quæ ultima opinio altissimas in multorum animis radices egit, postquam

quàm impietatem hanc *Theodorus Mopsuestenus* Episcopus & *Anastafius* Presbyter excogitarunt primùm, *Nestorius* verò Constantinopolitanus Patriarcha vehementissimè propugnare annisus est. Τὰς Φύσεις Ἀκριβέστερος τε καὶ ὠρατιότατος. Naturas in Christo dirimens & dilacerans (*Evagrius* L. I. *Hist. Eccl.* c. 2.) Hujus quæ fuerit hæresis, ex anathemathicis *Cyrilli*, antidoti locò, veneno huic oppositis, licet cognoscere. Et cum II. III. V. Anathematismi ad cognoscendum Nestorianæ hæresos fundamentum, imprimis utiles sint, eos allegasse sufficiet: *Si quis non confitetur DEI Patris Verbum, carni secundum hypostasim unitum, εἶνα τε εἶναι ἕριστον, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός, τὴν αὐτὸν δηλονότι Θεοῦ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων, & unum tantum unà cum suâ carne esse Christum, eundem nimirum Deum simul & hominem, anathema sit. Si quis in uno Christo post unionem dividit hypostasim, eâ duntaxat conjunctione easdem inter se necit, τῆ καὶ ἀ τὴν ἀξίαν, ἢ γὰρ ἀνεπίστα, ἢ διωασεία, καὶ ἔστι δὴ μάλλον συνόδω τῆ καὶ ἐνωσιν Θεοικλῶ, quæ est secundum dignitatem vel auctoritatem, vel potestatem, non & ea potius, quæ est secundum naturalem unionem, anathema sit. Si quis dicere audeat, Θεοῦ ὄρον ἀνθρώπων τὸν ἕριστον, καὶ ἔστι δὴ μάλλον Θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ὡς τὸν εἶνα καὶ Φύσιν κατὰ γέγονε σαρεξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινῶνηκε ὡρατὴ λησίως ἡμῶν ἀματῶ καὶ σαρκός, Christum non esse veram Deum, sed hominem tantum Deiferum; utpote unum naturalemq; Filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & sanguini perinde ac nos communicavit, anathema sit. &c.*

§. 3. Dum igitur hæreticis *Nestorii* conatibus Orthodoxi ierunt obviam, *Cyrillò Alexandrinò* Episcopo & confessoribus aliis, in Oecumenico, quod Ephesi habitum est, Concilio, veritatem cœlestem strenuè vindicantibus, *Eutyches* etiam monasterii cujusdam novæ Romæ Abbas innotuit, cujus industriâ usi quondam Orthodoxi fuerant, credentes ei Apologeticas Patrum Concilii Ephesini ad Imperatorem literas. Sed dum *Nestorii* hæresim impugnavit *Eutyches*, in contrariam ipse incautus incidit, ita à *Flaviano*, eò tempore Constantinopolitano Episcopo, in Epistolâ ad Leonem I. descriptâ: *Ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem unam duntaxat, itemque corpus Christi nec matri, nec nobis, consubstantiale esse &c.* Vel, ut



brevius confessionem Eutychetis Εὐαγγέλιος refert L. I. c. 9. Ὁμο-
 λογῶν ἐκ δύο φύσεων γεννηθῆναι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἐνώσεως.
 Μετὰ δὲ τῆς ἐνώσεως μίαν φύσιν ὁμολογῶ. Confiteor, inquit, Domi-
 num nostrum, antequam divinitas cum humanitate conjungeretur,
 ex duabus fuisse naturis; at post harum rerum conjunctionem, unam
 solum naturam in eo extitisse affirmo. Perswasus nimirum erat Eu-
 tyches, eandem esse rationem harum propositionum: *Verbum
 caro factum est, & hujus: Ut gustavit Architrachus
 aquam vinum factam.* (Leo Epist. X. & L.) Quare cum frustra
 privatim & publice, in Constantinopolitana imprimis Synodo,
 monitus esset Eutyches, nec severior Episcoporum in Eutychem
 animadversio bene cessisset, à Martino Imperatore, qui Theodosio
 juniori, Eutychetis defensori, successerat, indicto Chalcedonensi
 Concilio, nova hæresis damnata, & Flaviani confessio hæc, com-
 munitibus Patrum suffragiis, confirmata est. Ὁ κύριος ἡμῶν
 Ἰησοῦς χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς Θεὸς τέλει, καὶ ἀνθρώπος
 τέλει ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὴ ἐκ
 ματρὸς ἀνάγκης γεννηθεὶς κατὰ τὴν θεότητα, ἵππὶ τέλει δὲ καὶ ἐν
 ἡμέρῃς καὶ ἐν ἡμέρῃς ὁ αὐτὸς δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν
 ἐκ ματρὸς τῆς παρθένου γεννηθεὶς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Καὶ γὰρ
 ἐκ δύο φύσεων ὁμολογῶμεν τὸν χριστὸν εἶναι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν,
 ἐν μίᾳ ὑπόστασι, καὶ ἐν ἑνωμένῳ ἑνῷ χριστῷ, ἑνῷ ὄντι, ἑνῷ κύριῳ
 ὁμολογῶμεν. Dominus noster Jesus Christus, Filius DEI unigenitus,
 Deus perfectus, & homo est, perfectus ex anima rationali & corpore;
 ante omnia quidem secula ex Patre sine initio genitus, secundum De-
 itatem; in fine autem & in novissimis temporibus, idem ipse, propter
 nos & propter nostram salutem, ex Maria Virgine natus, secundum
 humanitatem; consubstantialis Patri, secundum Deitatem, & con-
 substantialis matri secundum humanitatem. Etenim ex duabus na-
 turis confitemur Christum esse post incarnationem, in una subsistentiâ,
 in unâ personâ, unum Christum, unum Filium, unum Dominum
 confitemur.

§. 4. Verum enim verò neq; post tot illustres Orthodoxo-
 rum adversus χριστολύτης victorias, quievit Satan, quin potius
 ejus instinctu, paulò post in novum certamen, cum MONOTHE-
 LEIS, ventum est, cujus historiam prolixius nunc exponemus,
 post.

postquam ea, quae ante has turbas disputata de Christo sunt, plenioris intelligentiae causâ, in compendio recensimus, atque ut à nominibus auspicemur *διὰ τὸν ἵνα* hanc, *MONOTHELETAS & MONENERGITAS* modò, modò *JACOBITAS*, jam *MARONITAS*, eidem sectae deditos, appellari à quibusdam scriptoribus, animadvertimus. Et *MONOTHELETARUM* atque *MONENERGITARUM*, quidem titulos à primariis dogmatibus, haereticis hisce impositos esse, dubium non est. Cum enim *Eutychetis*, de unâ Christi naturâ, doctrinam, in Chalcedonensi Concilio improbatam scirent, & anathema, ejusdem asseclis dictum, vererentur, aliâ rem aggressi viâ sunt, ἐν ἑλληνικῇ καὶ μίαν ἐνέργειαν Ἰησοῦς εἶπεν τοὺς ἀποστόλους, unam voluntatem, unamque operationem in Christo asserere ausi, quibus verbis doctrinam eorundem *Photius* in Bibliothecâ Cod. XIX. exponit. De *JACOBITARUM* verò cognomine non aequè consentiunt hujus historiae scriptores; tum quod illud difficultatem quandam pariat, quisnam *Jacobus* ille fuerit, à quo *JACOBITAE* nomen suum acceperunt? Tum quod *Jacobitarum* religio, quemadmodum ea à quibusdam autoribus describitur, cum *MONOTHELETARUM* doctrinâ, per omnia conveniat. Prius quod attinet, ita quidem à *Martino Polono*, in Chronico ad annum 628. origo exponitur. *Jacobitae*, ait, sunt Christiani, quos *Apostolus Jacobus ad fidem convertit, sed malè de fide sentiunt*. Huic *Martini Poloni* annotationi vereor, ut ullus assensum praebeat, cum probrosum nomen *Jacobitarum* esse, in Orientaliorum scriptorum monumentis observemus. Alium igitur ab *Apostolo Jacobum*, hujus sectae autorem *Elmacinus* nominat, cujus textum, ex Arabico Latinum fecit *Johannes Heinricus Hottingerus* in *Histor. Orient. L. II. c. 2. p. 348.* *Jacobitae*, inquit, dogma *Dioscori* sequebantur, cui in juventute nomen erat *Jacobi*. Scripsit autem is ad fidei suae socios, in exilio degens, itaque praecepit, ut in sua, hominis quidem pauperis & exilio multati *Jacobi*, sententiâ permanerent. Sunt tamen, qui dicunt, quod *Doctus* fuit discipuli cujusdam nomine *Jacobi*, qui expulsus eundem hinc inde ad populos miserit, ut in fide suâ eos confirmaret: A quo proinde illi denominentur. Alij verò tradunt, *Jacobum* fuisse discipulum *Severi*, *Patriarchae Antiocheni*, qui eandem cum *Dioscoro* habuerit fidem. Patrem autem *Severum* emisisse *Jacobum*

bum, discipulum suum, ad fidei suae consecratos, ut ad constantiam in fide Dioscori eos hortaretur. Atq; ab hoc eos obtinuisse nomen. Et jam suo tempore Lambertus Danaus de altero hoc Jacobo, hæreseos propagatore, cognoverat quædam, unde ad Aurelij Augustini de hæresibus librum, capite 93. in quo hæreses à se additas commemorat, sequentia annotavit: *Jacobita*, qui à Jacobo quodam, homine gente Syro, & ab paupertatem Lanzalo denominato, vocantur. In Syriâ sub Phoca Imperatore & Bonifacio tertio nati, circa annum à Christo passo 575. totam Syriam à fide Christi averterunt, quæ Ægyptum secuta, de Christo mediatore rectè sentire desit. Hi eandem prorsus, quam primi Eutybiani sententiam amplectuntur & defendunt, atq; ita impunè orthodoxos irrisere, ut eos Melchitas vocarent, quod Imperatorum fidem sequerentur. Hi postea Anastasium, vel, ut alij volunt, Athanasium Patriarcham habuerunt, qui Antiochie Episcopus factus, Heraclium Imperatorem illum quidem optimum suâ tabe misere & subdolè infecit. Sed ante hos omnes Nicephorus Callistus de JACOBITARUM origine sollicitus eandem XII. Hist. Eccles. cap. 52. verbis sequentibus exposuerat: *Jacobus* inquit, à quo nunc quoq; *Jacobitarum* hæresis denominata celebratur, Syrus genere fuit, obscurus prorsus, & nulla gloriâ vir, qui etiam Lanzalus propter summam tenuitatem est cognominatus. Hic Eutychetis, & Dioscori, Cnaphæiq; præterea Petri atq; Severi dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit. Ecclesia sanè Catholica Dominum nostrum Jesum Christum subsistentiam unam è duabus naturis consistentem, Deitatis inquam & humanitatis, profitetur, ita ut utraq; harum post unionem proprietates suas salvas conservet, & duarum istarum naturarum unio mixtionem & confusionem, mutationemq; & alterationem nullam admittat. Ipseq; idem Deus sit & homo, & voluntates virtutesq; operatrices duas, divinâ videlicet simul & humanam, habeat. Eutyches autem duas quidem & ipse ante unionem naturas dixit, deinde unitas. Post unionem autem in unam eas naturam abiisse, confusasq; esse, & mixtionem subisse, opinatus est. Adeo ut & divinitas ea, quæ humanitatis fuere passa sit, & contrâ. Proinde hæc ita opinantes, Monophysitas & Theopaschitas divi Patres nostri cognominarunt. Ea ipsa opinione Dioscorus Alexandria Patriarcha, & Peterus Cnaphæus, Severusq; Acephalus, Episcopi Antiocheni, atq; insuper
alii

alii transversim abducti sunt. Enimvero eò, quem diximus, Jacobo, Monophysitarum opinionem apud Syros predicante, magnum exortum est dissidium. Nam qui recta opinioni adhaerunt, Melchitæ appellati sunt, quòd Sanctam quartam Synodum & Imperatorem ipsum (Melchiam enim Syris rex est) confectarentur. Qui autem diversum senserunt, multa variaque habuere nomina. Jacobitæ tamen maximè sunt cognominati propterea, quòd ei, quem dixi, Monophysitarum hæresis studio Jacobo, adhererent.

§. 5. De cognomine quodam *Monotheletarum*, quò sub *Jacobitarum* titulo citare eos Scriptoribus quibusdam placuit, egimus hucusque, iis, qui judicandi facultate præditi sunt, usque dum nostram, de Græcorum erroribus & incunabulis eorundem, sententiam plenissimè exponamus, ut è collectis à nobis variorum Autorum sententiis, certi quid decernant, committentes. Enimvero quidquid tandem de vocis Etymo sit, doctrina certè *Jacobitarum* plura nobis comprehendere, vel aliter saltem explicata hæreseos capita, videtur, quam quæ *MONOTHELETÆ* olim defendere ausi sunt; quippe cum *Patricides*, apud *Hottingerum* in *Archeologiâ Orientali* pag. 19. *JACOBITARUM* hæresin ita exposuerit: *In Christo docent unam esse Naturam, è duabus mixtam, & unam Substantiam è duabus Substantiis, unamq; voluntatem.* Prolixius verò *JACOBITARUM* errores, è *Catechismo* eorundem, qui tunc temporis Romæ, in Bibliothecâ Cardinalis *S. Severinæ*, tam in Arabicâ, quàm in Latinâ Lingvâ conscriptus habebatur, descripsit *Thomas à Jesu*, in *Thesauro Sapientiæ divinæ* L. VII. c. 15. *Profitentur*, ait, *Christum ante & post adunionem esse unam naturam unitam & compositam ex Divinitate & Humanitate, & unam personam compositam ex Divinitate & humanitate. Et unam operationem productam ex Divinitate, & apparentem ex corpore.* Item: *Asserunt in Christo unam esse Naturam, & unam Personam, & Verbum humanatum coequale esse Deo Patri Divinitate & humanitate & esse constrictum corpore & inconstriictum animâ &c.* Quæ omnia si vera essent, uti multis videtur, non tam *MONOTHELETIS* accensendi *JACOBITÆ* forent, quàm *Eutylianis*, cum *Eutychetis* hoc proprium dogma fuerit, unam tantum in Christo Naturam esse. *Cæterum ipsimet JACOBITÆ Eutychem hæreseos damnare solent,*

B

Diosco

Dioscorum tantum & Jacobum Syrum, tanquam sanctos homines honorantes, nec asserunt omnino omnes, unam se in Christo naturam agnoscere, quemadmodum id Jacobus de Vitriaco Acco- nensis Episcopus & Pontificis Romani in illis locis Legatus quon- dam perspicue testatur, caput 75. Historiæ Hierosolymitanæ, verbis sequentibus concludens: *Cum diligentissime à prædictis Ja- cobinis, inquisivissem, utrum unam tantum in Christo naturam esse adfirmarent, ipsi nescio si timore, vel aliâ ratione ducti negaverunt, Cum autem quererem, quare uno tantum digito se signarent, responde- bant, quod unitate digiti, unam divinam essentiam, tribus autem par- tibus, Trinitatem designabant: In nomine Trinitatis & unitatis si- gnaculo Crucis sese munientes, Græci tamen & Soriani eis objiciebant quod propter unitatem nature, quam in Christo credebant, uno tan- tum digito se signarent. Sed non tantum Eutychianâ naturarum confusio Jacobitis tribui solet, sed Theopaschitarum insuper error: Quod maximum est, scribit Nicephorus Callistus L. XVIII. Hist. Eccl. c. LII. Divinitati ipsius unigeniti per passionem tribuerunt, ter sancto illi hymno appendicem habent, qui crucifixus est pro nobis. annectentes, Tantum igitur abest, quod minus certo constet & in confesso sit, Jaco- bitas MONOTHELETIS æquipollere.*

§. 6. *Maronitarum* denique cognomen non minus explicatu difficile est, quam JACOBITARUM, quod & nominis ratio, & MARONITARUM religio magnam partem lateant. MARONIA e- quidem, teste Hieronymo, viculus olim erat, ab Antiochiâ non longè distans. Meminit ejusdem MARONIAE Gabriel Sionita de Ur- bibus & moribus Orientalium cap. 6. *Montem Libanum Maronitæ incolunt, qui à Divo Marone, Abbate, vitæ sanctimoniam pietatisq; per- illustri, atque ab ejus discipulis originem trabunt, vel ut quibusdam placet, à Maronia terrâ: utrumlibet tamen verum fuit nec ne. parum liquet: non descendunt tamen ab ullo Marone hæresiarchâ, cum nulus istius nominis extiterit, neque unquam Maronitæ hæreseos labe co- inquinati. Cæterum uti non tam à loco, quam doctore suo, Ma- ronitas appellatos esse, plerique scriptores censent, ita Gabriell Sionitæ & Brerewodio, de Marone hoc honorificè sentientibus, contradicere solent; Ita enim Jacobus de Vitriaco eundem Ma- ronem hæreticum fuisse, confidenter asserit, quando caput 77.*
histo.

historiæ Hierosolymitanæ verbis sequentibus auspiciatur: *Quidam homines, inquit, circa juga Libani in Phœnice Provinciâ, non longè ab urbe Bibliensi inhabitantes, numero non pauci, arcubus & sagittis in praliis edocti & expediti, Maronitæ nominantur, à quodam Magistro suo Marone hæretico, qui unam voluntatem, & unam tantum operationem in Christo asserebat; cujus erroris autor extitit quidam Antiochenus Episcopus, Macarius, Accuratus & conditionem & ætatem Hæresiarchæ, à quo Maronitæ dicti sunt, Patriarches Alexandrinus Patriarcha expressit, dum in Historiâ sacrâ pag. 224. Marum quendam commemorat, eundemque Mauritiū οὐρανίου-νοῦν fuisse, nec non docuisse scribit, duas in Christo naturas esse, unam voluntatem, unum opus, & unam personam.*

Eorundem MARONITARUM doctrinam non tantum, sed ad Latinos etiam accessionem, *Willermus Tyrensis Archiepiscopus, in Historiâ rerum, in partibus transmarinis gestarum, à tempore successorum Mahumeth Lib. XXII. cap. 8. Verbis sequentibus descripsit: Dum regnum pace gauderet temporali, ratio quedam Syriorum, in Phœnice Provinciâ, circa juga Libani, juxta urbem Bibliensium habitans, plurimam circa sui statum passa est mutationem. Nam cum per annos penè quingentos cujusdam Maronis hæresiarchæ errorem fuissent secuti, ita ut ab eo dicerentur Maronitæ, & ab Ecclesia fidelium sequestrati, seorsim Sacramenta conficerent sua, divinâ inspiratione ad cor redeuntes, langvore deposito, ad Patriarcham Antiochenum Aimericum, qui tertius Latinorum nunc eidem præest Ecclesiæ, accesserunt: & abjurato errore, quo diu periculosè nimis detenti fuerant, ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ reversi sunt, fidem Orthodoxam suscipientes, parati Romanæ Ecclesiæ traditiones, cum omni veneratione amplecti & observare. Erat autem hujus populi turba non modica, sed quasi quadraginta millium dicebatur excedere quantitatem, qui per Bibliensem, Botriensem & Tripolitanum Episcopatus, juga Libani & montis devexa, ut prædiximus, inhabitabant: erantq; viri fortes, & in armis strenui, nostris, in majoribus negotiis, quæ cum hostibus habebant frequentissimè, valdè utiles: unde & de eorum conversione ad fidei sinceritatem, maxima no-*

pris accessit heresia. *Maronis* autem error & sequacium eius, est & fuit, sicut ex Sextâ Synodo legitur, qua contra eos collecta esse dinoscitur, & in quâ damnationis sententiam pertulerunt: quod in Domino nostro Jesu Christo una tantum sit, & fuerit ab initio, & voluntas & operatio. Cui articulo ab Orthodoxorum Ecclesiâ reprobato, multa alia perniciosissima, postquam à cœtu fidelium segregati sunt, adjecerunt: super quibus omnibus ducti pœnitentia, ad Ecclesiam, ut prædiximus, redierunt Catholicam, una cum Patriarchâ suo & Episcopis nonnullis, qui eos sicut prius in impietate præcesserant, ita ad veritatem redeuntibus, pium ducatum præstiterunt. Accidit insignis illa *MARONITARUM* mutatio annò Christi 1182. ad quem *Baronius* ejus meminit in Annalibus, *Calvisius* in *Isagoge Chronologicâ*, cum quibus etiam *Christianus Adrichomius*, in theatro terræ Sanctæ, confertit, dum de tribu *Nephtalim*, ejusdemque locis agens; in monte *Libani*, ait, ejusque vallibus, nec non adjacenti ei regione, qua ab eo *Libanica*, & alias *Syria Libanica* denominata est, multi & diverse tum nationis, tum religionis habitant populi. Syri nempe, Armeni & Græci; item Christiani, qui se à Gallis originem traxisse gloriantur, *Jacobini*, *Georgiani*, *Maronite*, & *Nestoriani*. Ex quibus uno tempore octingentos exercitui suo adjunxisse *Herodes* legitur. Ex *Maronitis* autem annò post Christum natum millesimò centesimò octuagesimò secundò, quadraginta bellicosissimorum virorum millia, abjuratò errore, Orthodoxam Catholicamq; fidem amplexi sunt. Ex quibus omnibus & hujus montis præstantiam, & accolarum frequentiam facile colligere fuerit. Ii igitur, qui adversus tantam testium nubem, *MONOTHELETARUM* hæresin *MARONITIS* tribuentium, hos ipsos inter Orthodoxos recensere ausi sunt, non quales olim illi fuerint, sed quales anno 1182. esse inceperint, expressisse nobis videntur. Ut certum adeò judicemus, & compertum satis, *MARONITAS* olim *Monothetarum* hæresin omninò propugnasse: Confer *Philippum Nicolai* de Regno Christi lib. I. c. 1. *Thomam à Jesu* de *Conversione Gentium* pag. 389. seqq. *Johannem Henricum Hottingerum* in *Histor. Eccles. c. VII. p. 448.* & in *Typographiâ & Archæol. Orient.* pag. 28, *Edvardum Brerewodum* in *Scrutinio Religionum* cap. 16. &c.

§. 7. Postquam pauca hæc; *nomenclaturam Monotheletarum concernentia*, præmissimus, de *Origine, & primis hujus hæreseos Autoribus, nec non occasione*, quâ potissimum eadem innotuerit, dicendum nobis est. Et *Origo* quidem non aliundè deducenda venit, quam ab eo, qui Zizania in agro Domini serere jamdudum consuevit *Matth. 13. v. 25. 39.* à quò etiam hæreses cognomen suum habent, quò *doctrina Demoniorum* dicuntur *1. Tim. 4. v. 1.* cum easdem falsi doctores *κατ' ἐνέργειαν ἑ σατάνᾳ* per operationem Satanæ defendere soleant *2. Thess. 2. v. 9.* Hujus igitur instinctu, cum Eutychea Naturarum confusio, jamdudum ab Ecclesiâ universâ damnata esset, interpolare pestiferum dogma malè feriat doctores quidam conati sunt. Et de primo quidem autore diversos diversimodè sentire, denuò animadvertimus. Alii enim in *Sergium Constantinopolitanum, Heraclii tempore, Episcopum*, culpam omnem transferunt, quippe qui à Syris & Jacobitis non tantum generis originem traxerit, quod *Nicephorus Callistus* annotat, *Libr. XIIII. Hist. Eccles. cap. 44.* sed erroris etiam, quod addunt alii. In quam rem *Leo Allatus* de Ecclesiâ Orientalis & Occidentalis perpetuâ consensione pag. 451. scribit, *Sergium annò 633. Monotheletarum hæresin promulgasse.* Alii *Sergium Patronum* quidem *MONOTHELETARUM* & propugnatorem strenuum fuisse concedunt, primum verò auctorem alium nominant, vel *Theodorum Pharanium Episcopum*, uti *Josias Simlerus*, in *Narrat. Controvers. de una personâ & duabus Naturis Christi cap. 15.* vel *Cyrum Alexandrinum Episcopum*, uti *Daneus*, qui in *Appendice ad Augustinum de hæresibus cap. 93. Monotheleta*, scribit, *à dogmate sic vocati, ex iisdem Apollinaristarum & Eutycheanorum facibus derivantur, & statim post Armenios in Ægypto nascuntur, ubi emergunt, pullulant, & confirmantur.* Eorum *Autor primus Cyrus Alexandrinus Episcopus, Patroni autem Sergius Constantinopolitanus Patriarcha, & Macarius*, sub *Heraclio Imperatore, & Bonifacio quarto & quinto*, circa annum à Christo passo 579. innotescunt. Cum enim, propter assiduas de una tantum in Christo physî & naturâ controversas, Eutycheiani se exosos viderent, hunc eundem errorem retinuerunt.

runt quidem, sed nomine Voluntas interpolant & fucant. Sunt iterum alii, qui ascendunt aliud & à Mauriti Imperatoris temporibus, quibus *Marun* Monachus, à quo *Maronitæ* dicti, in vivis fuerit, ejusdem hæreseos Originem deducunt, quam sententiam *CL. Hottingero* non displicuisse, è cap. VII. Hist. Eccl. ejusdem Sect. 5. observare licet. Nec desunt, qui *Athanasium* *Jacobitarum* Patriarcham, novum de una in Christo voluntate dogma, ut *Heraclio* Imperatori imponeret, excogitasse scribunt; ita enim *Carolus Sigonius* Histor. de regno Italiae L. II. sub titulo *Fl. Arioaldi Regis VI.* adductis pluribus circumstantiis, prima *MONOTHELETARUM* incunabula recenset; Annus erat à Christo nato sexcentisimus tricesimus, cum ipse annum Imperii vigesimum Hierapoli agens, *Athanasium* Patriarcham, ut vocabant, *Jacobitarum*, à quo conventus erat, rogavit, ut Concilium Chalcedonense, de duabus Christi Naturis acciperet, pollicitus, si in officio fuisset, se illum Patriarcham Antiochie creaturum, *Athanasius*, conditione accepta, dixit, libenter se in ejus auctoritate futurum, ut duas in Christo Naturas assereret. Verum illud astute de Imperatore querere institit, num ut duas Naturas, sic duas item voluntates, atq; actiones inessent, *Heraclius* questionis novitate permotus, ut responsum, cujus ipse incertus erat, eliceret, rem ad *Sergium* Patriarcham Constantinopolis, & *Cyrum* Episcopum Phasidis retulit, & cum constans ab utroq; responsum accepisset, ut unam Naturam, sic unam in Christo voluntatem habere, imprudens eorum opinionem suscepit. Quem *Athanasium* appellat *Sigonius*, eum, sub titulo *Anastasi*, citant alii. Nostrum ut jungamus de opinionum diversitate hæc judicium, capitalem inter autores citatos dissensum esse non putamus; neque enim in propugnandâ hæresi, unus tantum operosus esse solet, sed communicatis consiliis, plures concurrunt, unde quod uni tribuitur, ab eo nec alter, criminis nimirum socius, immunis centeri debet. Ita ergo *Jacobitæ*, *Maronitæ*, *Sergius*, *Cyrus*, *Athanasius*, denique in communi, sed pessimâ laborarunt causâ, ut omnes se ejusdem criminis reos fecerint, nec appareat facile, quomodo hujus culpa, à culpâ illius, discernenda sit. Immo non inepte prorsus *Dionysius Petavius* Tom. IV. dogm. Theolog. L. I. c. 2. observasse nobis videtur, non ad eos tantum, quos vulgò alle-

gare

garé Autores solent, in MONOTHELETARUM origine exprimentanda,
respiciendum esse; sed nec eos negligendos penitus, qui huic a-
mentia ex antiquioribus præluferint; Sunt autem isti, *Manes, A-*
rius, Apollinaris, Eutyches, Severus, Theodosius, cum Monophysit-
tarum reliquâ secta: & quod incredibile videatur, etiam *Nestorius.*
Nam priores illos; qui aut nullam aliam, veram quidem, ac
solidè extantem naturam, præter divinam, Christo tribuebant:
aut humanam non ex toto; sed potiore sui parte mutilatam &
intellectu ac ratione carentem; aut hanc in divinam absorptam
fuisse dicebant & in unam coaluisse naturam: Hos, inquam,
omnes unicum voluntatem & actionem in Christo constituisse,
non valde mirari subit. De *Nestorio* singulare prorsus est, quod
ipsum tamen *Agathonis* Episcopi Romani verba, in Epistola Sy-
nodicâ, quam ad *Constantinum Pogonatum* misisse eum scribunt,
colligi potest; quippe cum verba sequentia, *Nestorio,* & Libro
ejus secundo præclarè initiationis petita, tribuat: *Ἀσυχύτως,*
Φυλάτουμεν τὰς φύσεις ἡ κατ' ἐσῆαν, ἡν ἡμῶν δὲ συνημερίας, διὸ
καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θελήσιν ἐνέεργάσθη, καὶ ὁμοουσίαν ὁρίσομεθα
καὶ ἑξισοῦσθη δεικνυμένας, inconfusas custodimus naturas, non se-
cundum substantiam, sed voluntatis tantum arbitrio copulatas, propter
quod earum unam voluntatem & operationem & dominationem sta-
tuimus, dignitatis aequalitate ostensas. Sed quidquid de antiqui-
oribus illis hæreticis sit, à quibus vena erroris sui MONOTHE-
LETAS collegisse non dubitamus, novissimum certè eorundem or-
tum *Johannes Zonaras* satis clarè exposuit, quem etiam *Carolus*
Sigonius, & dudum antè hunc *Paulus Diaconus* L. XII. c. 53. má-
ximam partem secuti sunt: Ejusdem igitur historiam non negli-
gemus, *Heraclius* ait, Annalium tom. III. & Edition. Basileens.
Græco-Latin. p. 69. *Annò septimo in regiam regressus, à Sena-*
tu populòq; Byzantino lætis acclamationibus & cum plausu, splendi-
dissimè excipitur. Caterum, in reditu Jacobitarum Catholicum, quem
illi Patriarcham nominant, Hierosolymis incusavit, ὅτι τὴν ἐν χαλ-
κηδόνι μὴ δέχοιτο σύνοδον, καὶ δὲ δύο φύσεις ἐν χριστῷ ἡνωμένας ὁμο-
λογεῖ, ut qui Chalcedonense Concilium improbare, neq; duas naturas
in Christo, citra confusionem unitas, confiteretur. Quod si faceret, ac
sententiam eandem amplecteretur, se illum Antiochena Ecclesia Patri-
archam

archam designaturum. At ille homo callidus, & dolis plenus, & Con-
cilium se approbare simulat, & duas Naturas in Christo unitas se pro-
fiteri ait. περὶ δὲ γε τῶν ἑλιμέτων καὶ τῶν ἐνεργῶν ἐπυθάνετο,
εἰ διττὰ ταῦτα λέγειν χρὴν, ἢ ἐνιαῖα τὴ καὶ Μοναδικά. Sed de volunta-
ribus & actionibus percontatur, utrum eas duplices, an verò unas &
singulas dici fas sit? Eam questionem Imperator ad Sergium Patriar-
cham Constantinopolitanum scribit. Qui cum pridem MONOTHE-
LETARUM hæresin probaret: Μίαν Φυσικὴν ἑλθῆσιν καὶ μίαν ἐνεργ-
ῶν δὲν δογματίζειν ὅτι χρὴν, τῷ βασιλεῖ αὐτῷ πέψληεν. Unam
naturalem voluntatem, & unam actionem in Christo statuendam
esse, Imperatori rescribit. Rogato Cyro Phasiano, eum quoq; idem
sentire cum Sergio, intelligit. Quorum autoritate motus Heraclius,
& ipse eandem opinionem amplectitur, & turbidam aquam bibit ab
illis non pastoribus, sed mercenariis exhibitam. Verum cum Sanctus So-
phronius tum summo sacerdotio fungens Hierosolymis, subjectis sibi sa-
cerdotibus convocatis, per concilii modum demonstrasset: Qui unam
in duabus Christi Naturis voluntatem, atq; actionem affirmarent, eos
palam unam quoq; Naturam statuere; eiq; Johannes Papa Romanus
assensus esset. Imperator edictum proponit: Neq; singularem, neq; bi-
nariam in Christo actionem, esse asserendam. Id edictum non Ortho-
doxis tantum, sed Severi etiam Sectatoribus, ridiculum visum. Sergio
Patriarcha Constantinopolitano defuncto, Pyrrhus ejusdem opinionis
succedit, sententia Cyri & Severi & admirator & approbator.

§. 8. Ex iis, quæ de Origine & primis hujus hæreseos auto-
ribus in præcedente paragrapho disputavimus, & loci, &
temporis circumstantiæ simul innotescunt. In Oriente scil.
coepit hoc malum, & Palestine primum, post Syria & Ægypti,
nec non universe Græciæ Ecclesias infecit, electis Constantino-
poli imprimis, per plures annos, Episcopis, quorum autoritate hæ-
resis mirificè stabilita est, quod & Imperatores eâ essent corrupti.
Immò latius postea patuit pessimi erroris contagio, quàm ab i-
nitio quis præfagivisset facile, cum ipsam etiam Italiam, Eccle-
siamque Romanam gravissimè perturbarit, uti in subsequentibus
dicetur. Natalem verò hæreseos diem utut definire exactè nemo
nostrum audeat, cum latere diu infelices hujusmodi partus so-
leant, quando tamen sub MONOTHELETARUM nomine innotuerit
error,

error, viresque sumserit nova hæresis, ex Heraclii rebus gestis quodammodo colligi potest. Siquidem de eo conveniunt ferè ejus seculi Scriptores, post bellum Persicum sexenne, quod Heraclius Imperator, cum *Chosroë* Persarum Rege gesit, & in quo vel tribus, uti communiter sentiunt, vel sex, uti apud *Timannum Gesselium*, in *Historiâ Sacrà & Ecclesiasticâ* N. T. pag. 716. legitur, præliis, Persæ à Romanis victi sunt, recuperatâ cruce Dominicâ, annò XIV. quam ablata fuerat, MONOTHELETARUM nomen & hæresin innotuisse. Id enim expressis verbis *Zonaram* testari, superius audivimus. At quò annò bellum illud Persicum finitum sit, omnes æquè non consentiunt; Nam *Carolus Sigonius* L. II. de Regno Italiæ pag. 37. annum à Christo nato 630. exprimit. *Johannes Cluverus* ad annum Christi 629. necem *Chosrois* in *Historia Universalis* refert; *Ulbo Emmius* ad annum *Period. Julian.* 5341. i. e. Christi 628. in *Canone suo Chronico* sequentia adscripsit: *Heraclius bellò liberatus, persuasus ab Orientalibus, in partes concedit Monotheletarum, & cum hoc Marcus Zuerius Boxhornius* in *Hist. Univers.* p. 408. consentit. *Josephus Scaliger* in *Canon. Isaog.* L. II. p. 135. *Chosrois* interitum & *Sirois* initium cum anno *Per. Jul.* 5339. qui Christi 626. est, connectit. *Petrus Bizarus* autem L. VI. *Histor. Rerum Persicarum*, de temporis circumstantiâ hæc, sequentia annotavit: *Heraclius restituit captivos, paxq; his conditionibus firmata, ut limes Persici & Romani Imperii Tygris esset, atq; Persæ Mesopotamiâ in posterum abstinerent. Duravit hoc ingens bellum annos sex. Tertii verò conflictus dies fastis Romanis adscriptus, dudum in magnâ veneratione habitus est. Fuit autem annus ille, quo tam præclara & insignis victoria parta est, quartus & vicesimus supra sexcentimum humane salutis, sextus Heraclii post ejus egressum ab urbe. Ipse verò tandem ceu postliminiò Byzantium reversus, ingressus est, sedens in curru sine ornamentis triumphalibus, tenens Crucem in manibus, ac Filio DEI palàm gratias agens pro victoriâ, cujus recordatio ut celebraretur, Ferie exaltatæ Crucis institutæ fuerunt* Sed dirimere litem hanc *Chronici Alexandrini* autoritate possumus, in quo pag. 909. (*Editionis Matthæi Raderi*) sequentia leguntur: *XVIII. annò Imperii Heraclii, post Consul. XVII. & XVI. Imperii Heraclii jun. Constantini filii ejus, XV. Maji Indict. prima, ipsa*

C

Pene

Pentecostes die lectæ sunt literæ ex suggestu, in sanctissimâ DEI magna Ecclesiâ, missæ ex Oriente ab Heraclio sacratissimo Imperatore nostro, que mortem Chosrœ, & inaugurationem Siroæ Persarum Regis nunciabant. Quod si igitur Heraclii annò XVIII. Indictione primâ lectæ Imperatoris literæ sunt, in quibus is Constantinopolitanis suis victoriam de Persis intimabat, apparet, circa idem tempus, *Heraclium* in itinere constitutum, cum *JACOBITARUM* Patriarchâ & seductore colloquium habuisse, atque ita ab anno Christi 628. *MONOTHELETARUM* hæresin omninò inclaruisse. Unde *Lamberti Dani* calculum mirari satis non possumus, qui cap. 93. de hæresibus, annum à Christo passò 579. nominat, quo *MONOTHELETÆ*, sub Heraclio Imperatore, innotuerint. Sed in temporibus annotandis, non solet *Daneus* accuratus esse, quod innumeris ejusdem *ἀληθῆς οὐσιμὸς* satis abundeque probant.

§. 9. Priusquam hinc abeamus & pergamus ad alia, eorum insimul, quorum in hac hæresi frequentissima mentio fit, tempora, ut accuratius disponamus, necesse nobis videtur, ita enim fiet, ut infelicissimæ hujus hæreseos Chronologiam plenissimè cognoscamus. Ordinandi igitur nobis tum Imperatorum anni sunt, quorum autoritate vel incrementa sumit hoc malum, vel remisit iterum, tum Episcoporum in sedibus primariis, & veteris atque novæ Romæ imprimis, qui de his fidei articulis inter se decertarunt. Imperatores quidem ex Ecclesiasticâ illa lite innotuerunt sequentes, *Heraclius Constantinus III. Martina & Heraclio, Constans & Constantinus IV. seu Pogonatus.* De Heraclio maximam partem jam dictum est; Cœpit nimirum is, occisò pessimò Tyrannò Phocâ, anno Christi 610. Indict. XIV. Mens. Oct., die VII. fer. II. hor. IX. quò tempore Heraclius, à Sergio Patriarcha Constantinopolitano, in templo Magno, ἐκ τῆς βασιλικῆς in Imperatorem inauguratus est, ut circumstantiæ hæc omnes in *Chronico Alexandrino* accuratissimè exprimuntur, quamvis in *Ubbonis Emmii* Canone Chronico ad annum Per. Jul. 5323. i. e. Christi 610. adscriptum sit: *Heraclius imperare cepit occisò Phocâ, vergente Martio.* Regnasse item Heraclius dicitur annos 30. & menses VII. & decessisse ad eò, Hydrope confectum, annò Christi 641. die Maji XI. Successit parenti mortuo Heraclius junior,

junior, Constantinus III. *Heraclii & Eudociae* filius, & occisus iterum est, post quadrimestre imperium, eodem annò Christi in Septembri, astu & venenò *Martinae*, quam novercam habebat, unà cum filiò suo *Heracleone*, imperii æmulam. Parens enim *Heraclius*, post mortem *Eudociae*, fratris sui filiam *Martinam* duxerat, latà lege, ut idem omnibus subditis liceret. Tyrannidem porrò *Martina* cum *Heracleone* exercuit per menses sex; Senatus enim populusque Constantinopolitanus *Martinae* flagitia detestatus, *Martinam* & *Heracleonem* captos, hunc nasò, illam linguâ truncarunt, & in exilium egere, id quod accidisse scribunt annò Christi 642. Mense Martio. Atque hunc ipsum *Heracleonem* cum Matre sua *Martina*, defunctò *Heraclio* Augustò, regni iura suscepisse, & rexisse imperium duobus annis, *Paulus Warnefridus*, Longobardi filius L. IV. de Gestis Longobard. c. 51. autor est, nullam *Constantini* III. ante *Martinam* rationem habens, atque Tyrannico *Martinae* regimini plures tribuens annos, quam ullus Græcorum annotaverat. Sed quicquid horum sit, Tyrannis certè successit *Constans*, *Constantini* filius, & *Heraclii* Imperatoris nepos, qui annò Imperii septimò & vigesimò, uti *Zonaras* Annalium tom. II. annotavit, Syraculis, inter lavandum, per insidias est occisus, capiti sifulâ graviter impactâ, quâ calida aqua perfundi solebat. Hunc demum, interfectò *Mixizio* Tyrannò, excepit *Constantinus* IV. cognomentò *Pogonatus*, *Constantis* filius, *Constantini* Nepos, *Heraclii* Pronepos, quem per annos septendecim imperasse, è *Zonara* & aliorum Annalibus liquet.

§. 10. Atque hâc ratione annos Caesarum, sub quorum imperio res à *MONOTHELETIS* gestæ imprimis sunt, ordinavimus. Episcopos quod attinet, & eos primùm, qui Romæ confederunt, non æquè certa eorundem tempora esse, ex *Onuphrii*, *Baronii*, *Platinae*, *Martini Poloni*, & aliorum frequentissimò conflictu, observamus. Nobis è *Baronio* pariter & *Onuphrio* eorundem Pontificum *ἑσπέρων* subjungere nunc placet. Capitigitur

Annò Christi, secundum

Baronium *Onuphr.*

626.

623. *HONORIUS*, *Petronii* Viri Consularis filius.

C2

638.



638. 637. SEVERINUS, Iabieni filius.
 639. 639. JOHANNES IV. Venantii Scholastici filius.
 641. 640. THEODORUS, Theodori Episcopi filius.
 649. 647. MARTINUS Fabritii filius.
 654. 654. EUGENIUS, Rufiniani filius.
 655. 657. VITALIANUS, Anastasii filius.
 669. 672. ADEODATUS, Joviani filius.
 676. 676. DOMINIO aliàs DOMINUS, Mauricii filius.
 678. 679. AGATHO, Pannonii filius.
 683. 628. LEO II. Pauli filius.

Restat ut tempora quoq; *Constantinopolitanorum Episcoporum*, quorum nomina in MONOTHELETARUM Historia occurrunt, in ordinem redigamus; Quâ in re iterum miram difficultatem animadvertimus, quod Scriptores antiqui non consentiant mutuo, recentiores verò nec tantæ autoritatis sint, ut litteram hanc possent dicimere, nec tantam in conciliandis Veterum scriptis adhibuerint diligentiam, quantam accurata *ἡσυχία* requirit. *Sergium* equidem quod primum concernit, ut is malitia suâ celeberrimus evasit, ita & ejus tempora constituere minus difficile, cum in Chronico Alexandrino, perspicui Characteres initii ejusdem annotati legantur; Ita enim habent verba:

IND XIII. Ph. VIII. post Consul. Phoca A. VI.

Hoc annò mense Dystrò, qui Romanis est Martius, die XX. qui incidit in fer. sextam, moritur Thomas Patriarcha Constantinopolitanus. Et XXII. ejusdem mensis die Dominicâ terra mandatur. Octavo Artemisi seu Aprilis Indiæ XIII. τὸ μέγα λω σαββάτω, Sabbathò magnò Constantinopoli Patriarcha creatus est Sergius, magni templi Diaconus Constantinopoli.

Equibus verbis apparet, eòdem annò, Christi nempe DCX. & Heraclium Imperatorem factum esse, & *Sergium* Patriarcham Constantinopolitanum, et si *Baronius* ad annum Christi 608. & *Thomas* mortem & *Sergii* inaugurationem retulerit, prochronismum
 bien-

biendii committens. Uti verò de initio *Sergii* satis clarè constare puto, ita de fine id affirmare non possum, cum *Chronicon Alexandrinum* in XVIII. Heraclii anno desinat, *Nicephorus* quidem octo tantummodò annos *Sergio* tribuit, sed viriosè numeros illos hodie legi autumo, cum constet, nequissimum hominem Ecclesias diutius perturbasse; Imò ex ipsius *Nicephori* de *Pyrrho* testimonio apparet, eundem *Sergium* ad annum usque Christi 639. vixisse, ad quem etiam mortem ejus *Baronius*, & *Calvisius* referunt. *Sergio* successit *Pyrrhus*, qui ut conscius veneficii, Constantino III. illati, accusatus, vel sponte se Episcopatu abdicavit, (uti *Calvisius* annotat) vel potius τῆς Εκκλησίας ἐκβάλλεται, καὶ τευχὴν κατὰ κρείεταί, ex Ecclesiâ ejectus & exulare iussus est, (uti *Zonara* de Imperio Constantini, filii Heraclii, Annal. Tom. III. verba habent,) id quod circa annum Christi 642. accidisse oportet, cum *Pyrrho* anni 2. menses 9. à *Nicephoro* tribuantur. Porro quò tempore *Constans* Heraclii Nepos, in regnum, eòdem εἰς τὴν Ἀρχιερατικὸν Θρόνον Παῦλῶ ἀντικαθίσταται, *Paulus* in Pontificium solium collocatus, cui anno XII. Constantis mortuo, εἰσάγεται πάλιν ὁ πύρρῳ εἰς τὴν πριμαντικὴν ἔλαξ Κωνσταντινῆ πόλεως; *Pyrrhus* in sedem urbis pastoralem revocatur. ἔτ' ἔθ' πρὸ δέυτερον μῆνας τέσσαρας τὸν Θρόνον τῆς Κωνσταντινῆ πόλεως κατεχικώς, τέθνηκε. Is igitur denuò sede Constantinopolitanâ per se menses quatuor potitus, moritur, uti hæc omnia & totidem verbis *Zonaras* annotavit. Et quamvis *Baronius* mortem *Pauli* ad annum Christi 651. annotarit, *Zonara* tamen numerorum rationes ad annum Christi 653. nos deducunt, quem Constantis XII. fuisse, ipsemet Cardinalis agnovit. Sed pergimus in *Zonara*, *Pyrrho*, inquit, succedit *Petrus* οὐδέξ' καὶ ἔτ' τοῖς περ' αὐτῶ, & ipse à prioribus non dissentiens, quò post annos XII. mortuò, προέστη τῶν Ὀρθόδοξων Θωμάς, τῆς αἰθ' ἐχ' αὐτῶ δόξης, *Thomas* veræ sententiæ defensor Orthodoxis præsuit, qui post annos duos & menses septem mortuus, *Johannem* habuit Successorem. E quibus *Zonara* verbis clarum & perspicuum esse iudico, cessasse MONOTHELETARUM, in sede Constantinopolitanâ, successione, circa annum Christi 665. quò nimirum *Thomas* electus est, ut mirari satis nequeam, diligentissimum aliàs *Calvisium* nostrum, dum tem-



pora hæc ordinare conatus est, nec cum veritate, nec secum ipso con-
venisse, multis contradictionibus se implicans; Quod ipsum ta-
men non eò accipi sensu velim, quod honori tanti viri detrudere
quicquam nobis animus sit, sed ut moneantur tantum alii, ne sine
iudicio ea, quæ incauto exciderunt, sua faciant. Oportet enim mi-
rè pacificum esse, qui sequentia conciliare poterit: Ad annum Chri-
sti 652. annotat: *Paulus Episcopus Constantinopolitanus moritur, cum
annis 12. presuisset, revocatur ad sedem suam Pyrrhus, sed qui sedet
tantum menses quinq;, & moritur, cui surrogatus est Petrus, qui se-
det annis quatuor. Niceph.* (At Nicephorus non quatuor, sed duo-
decim annos Petro tribuit.) Iterum *Calvisius* ad annum Christi 656.
*Petrus Episcopus Constantinopolitanus, cum biennium sedisset & men-
ses tres.* (At paulo ante quatuor annos ei tribuerat) *moritur. Suc-
cedit ipsi THOMAS, qui rectè de Voluntatibus in Christo sentire visus
est: Sedit hic annos duos.* Subjungit denique ad annum Christi se-
quentem 657. *Maximus Abbas cum discipulis evocatur Constantino-
polin, ad examen, cum adeò Imperatoris Typo reclamaret, qui cum sa-
tis eruditè ad objecta Monotheletarum responderet, & in verà con-
fessione persisteret, flagellatur & in deterrimo carcere habetur, inde
linguâ & dextrâ manû truncatur & iterum in exilium pellitur.* (At
quò tempore hæc cum *Maximo* acciderunt, non Orthodoxus, sed Hæ-
reticus Episcopus Constantinopoli sedebat, cum *Theodosius*, ab Impe-
ratore & *Patriarchâ Constantinopolitano*, ad seducendum
missus dicatur, in *Actis cum Maximo, à Petro Morino in Latinam lin-
guam translatis.*) Una adhuc superest ratio excusandi *Calvisium*,
quippe quem *Cesar Baronius* dubio procul decepit; Nam & huic so-
lenne est, Scriptorum veterum depravationibus & contradictioni-
bus perpetuis, in MONOTHELETARUM Historiâ, fatigare Lectorem,
quod sequentia ejus verba, ad annum Christi 656. & cum propriis *Baro-
nii* rationibus, & cum *Zonare* Annalibus, manifestò pugnantia, e-
vincunt: *Hòc annò, scribit, Petrus Patriarcha Constantinopolita-
nus hæreticus, ubi sedisset annos duos & menses tres, moritur, atq; in
ejus locum subrogatus est Thomas, qui in Concilio Oecumenicò Con-
stantinopolitanò asseritur fuisse Catholicus. Caterùm de annis, qui-
bus sederit Petrus, textus Nicephori corrigendus est; dum habet se-
disse annis duodecim, cum duobus duntaxat ei Ecclesie presuisse lega-*

legatur. Ineptissima certè & ἀσύστατα hæc esse, animadvertet quivis, qui *Zonaram* consulerit, nec non ipsius *Baronii* Annalium habuerit rationem.

§. II. Non detinebimur in limine amplius, sed arcem causæ propius aggrediemur, explicaturi summa MONOTHELETARUM hæreseos capita; quibus id præmittere nos oportet, quod toties conquesti Orthodoxi defensores sunt, in eadem sententiâ MONOTHELETAS diu non permanisse, sed mutasse potius non Phrases tantum, sed ipsissimam etiam doctrinam. Eandem enim inconstantiam, ad *Constantinum Augustum*, *Martinus Papa* è Synodi Romanæ decreto testatus est: *Non solum*, inquit, apud *Binium Tom. II. Concil. part. II. p. 399.* prima ac potissima fides ab adversariis labefactatur, sed ea etiam, quam excogitarunt, statim ab eis evacuatur, oppositâ novâ pessimæ hæreseos pravitate; ut de cæterone illi quidem intellegant, quid ab illis credatur, aut existimetur, propter obstinatam opinionum propriarum everfionem. Nec ineptè adeo à *Cesare Baronio* ad annum 645. num. 4. hæresis hæc describitur, quod sit, *que flexuosis anfractibus gradiens, sinuosis recessibus latens, nec quo pergat intelligi possit, aliud agens, loquens aliud.* Conquestus jamdudum de mutabilitate hæc *Maximus* est, *Pyrrhum* adversarium suum, ita alloquens. Ἀλήθειαν λέγω. ἔδὲν ἔγω ἀπεδιέηκέμε ὡρὸς τὸν ὡρὸς ὡς τὸ πάλιμβολον αὐτῶ. ἢ γὰρ τὸ ἀλλοτε εἰς ἄλλας αὐτὸν μεταπίπτεν ἐνοσίᾳ, καὶ ἐν μηδενὶ βέβηκέναι Φεγνήματι. *Rem ipsam loquor, nihil me tam à tuo antecessore abalienavit, quam mutabilitas ejus & inconstantia, id est, in alias alio tempore transire sententias, & in nullo sensu permanere.* Atque hoc ipsum ideò in antecessum monere placuit, ne quis vitio vertat nobis, si hujus impietatis capita paulo aliter ab aliis recensita videat, prout in alia, atque alia versipellis hæreseos instrumenta, seu tabulas is inciderit. Communiorem tamen MONOTHELETARUM doctrinam, ut dexterrimè exponamus, dabimus operam. Ab eo igitur incipimus capite, quod & nomen dedit hæresi & aliorum errorum fulcrum quasi est & fundamentum: *unam scil. in Christo voluntatem esse, unamque voluntatis operationem;* Ita enim *JACOBITARUM*, Patriarcham & deceptorem pessimum, ὡς τῶν ἑλλημένων καὶ τῶν ἐνεργειῶν de voluntatibus & operationibus, ex *Heraclio* quæsisse, *Zona-*

ras,

nis, locò citatò, testis est, ei διὰ ταῦτα λέγειν χρεῶν, ἢ ἐνιαῖα
τὴ καὶ μοναδικὰ; *utrum duplices eas in Christo, an
verò unas & singulas dici fas sit?* Rescripsisse verò
Sergium, μίαν φυσικὴν θέλησιν καὶ μίαν ἐνεργεῖαν δεῖν δογματί-
ζειν & χρεῖσθαι, unam naturalem voluntatem & unam actionem in Chri-
sto statuendam esse. Quod περὶ τὸν ψευδὸς Macario etiam Antio-
cheno in sextâ Synodo tribuitur, dum ita eum introducunt loquen-
tem, actione 8. & λέγω δύο θέληματα, ἢ δύο ἐνεργείας, ὅτι τῆς ἐν σάρ-
κι οἰκονομίας & κυρίως ἡμῶν Ἰησοῦ, χρεῖσθαι ἀλλ' ἐν θέλημα καὶ θεανό-
κω ἐνεργεῖαν, nego duas voluntates, aut actiones duas in Chri-
sto incarnato asserendas esse, sed unam potius voluntatem & DEI-
virilem actionem. Confundebant scilicet huic hæresi addicti, per-
sonæ & naturarum in Christo, atque naturalium proprietatum
rationem, colligentes, ὅτι τοῖς θέλημασι πρόσωπα συνεισάγονται,
quod voluntates secum inferant personas, seu sicut una hyposta-
sis est, verbum cum carne, sic etiam unam voluntatem esse, ut
MONOTHELETARUM Antagonista acerrimus, Maximus Ab-
bas & Martyr, in Γνώμασι demonstrativis duarum in Christo
voluntatem (quas cum aliis ejusdem Maximi opusculis, à
Marco Velfero Græcè accepit & Latinè reddidit Franciscus Turri-
anus, ut magnæ Bibliothecæ veterum Patrum, Colonienfis edi-
tionis, facerent partem, cujus etiam tomo VII. exhibentur,)
eorum collectionem exponit. Quâ ipsâ etiam Pyrrhus, in cele-
berrimo, quod cum Maximo in Africâ habuit, colloquio, im-
primis usus est: εἰ ἓν εἶς ὁ χρεῖσθς, ὡς εἶς πάντως καὶ ἠθέλεν.
εἰ δὲ, ὡς ἠθέλεν, ἐν πάντως αἰτῶ καὶ τὸ θέλημα, καὶ & δύο.
*Si igitur unus Christus, tanquam unus omninò etiam volebat,
una prorsus est ejus voluntas, non dua.* Et paulò post ἀδύνατον,
τοῖς θέλημασι μὴ συνεισάγεσθαι τὰς τέλοντας. *Non potest fieri, in-
quit Pyrrhus, quin voluntates secum inferant ipsos volentes.* Nega-
bant igitur *velle naturarum esse*, sive ad naturalia referre com-
modè posse, uti denuò Pyrrhus locò citatò exclamat: καὶ ἔδοξε
σοὶ τὰς τῶν πολλῶν πλήθειν ἀκοῆς τὸ φυσικὸν θέλημα λεγόμενον.
Non videtur tibi aures offendere, quæ dicitur naturalis voluntas?
Ut porro adversus *voluntatum contrarium* in Christo
binas

binarium imprimis disputasse MONOTHELETA vili sunt, neque
quam tamen *similes* etiam concessisse eos, e sequentibus Ma-
garii verbis perspicuum est allegatis in Synodo sexta, actione 8,
Αδύνατον γὰρ εἶναι καὶ τῷ αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν δύο αἰμαὶ καὶ καὶ
ταυτὸν ἐναντία, ἢ καὶ ὁμοία ὑφισταῖν θελήματα. Impossibile est enim
in uno, eodemque Christo DEO nostro, duas simul, & eodem tempore
contrarias, aut etiam similes voluntates subsistere.

§. 12. Quamvis ex ἁποσιώσεως unitate, adversus volunta-
tum binarium, MONOTHELETA disputare soliti fuerint, qualis ta-
men voluntas illa dici debeat, constanti ratione exponere non po-
tuerunt: An nimirum divina voluntas illa sit, an humana, an
composita, an neutra? Generatim circa quaestionem hanc MO-
NOTHELETARUM tergiversationem exposuisse nobis Maximus
videtur, quando in Bibliotheca Patrum l. c. γνάμω quartam ver-
bis sequentibus concepit: *Hanc unam voluntatem necesse est i-
stos dicere, vel naturalem, vel hypostaticam esse. Siquidem con-
stitutio rerum in substantiâ & hypostase spectatur & cernitur. Quid
enim aliud præter hæc dicere possunt? Sed si naturalem dicant, unam
quoque naturam Verbi & carnis asserent. Sin autem hypostati-
cam, cogentur propter tres hypostases, tres voluntates in Trinitate
dicere.* Enimvero divinam quandoque Christo tribuebant volun-
tatem tantum, docente Theodoro Pharanitano Episcopo, αὐτὸς γὰρ τὸ
θελήμα ἐν Θεῷ καὶ τῷ Θεῷ ἑκόν, una ejus voluntas est, eaque divina. Si-
militer Martinus Papa Epistolâ III. ad Constantem Imperatorem,
quam Severinus Binius Tom. II. Concil. General. part. II. p. 399. ex-
hibet; *Congruenter infirmavimus, inquit, inconvenientem heretico-
rum sermonem, qui quondam, quique nunc propriorum sensuum pravi-
tate se à veritate separarunt, qui intra seipsos non rectè ratiocinati, di-
xerunt: non habere in humanitatis sue naturâ voluntatem aut ope-
rationem suam naturalem, ipsum, qui propter hos humanatus est, Do-
minum: sed sine voluntate ipsum existere, ac sine operatione, intangi-
bilemque, & inanimem esse.* Huc pertinent, quæ Pyrrhus, in Disputa-
tione cum Maximo, Constantinopolitani tribuit: Οἱ δὲ ἐν τῷ
Βυζαντίῳ, ἐπὶ τοῖς τῷ Θεοῦ θελήματι ἀντιστασίντες, κατ' οἰκεί-
ωσιν φασὶν εἰρηκέναι τὰς πατέρας ἔχειν τὸν κύριον τὸν ἀνθρώπι-
νον θελήμα. *Qui Constantinopoli, ait, adhuc contra voluntates*

D

natur-

*naturales pugnant, ajunt, dixisse Patres, secundum attributionem
 habere Christum voluntatem humanam. Atque hanc ipsam etiam
 causam fuisse opinor, ob quam Maximus contra Pyrrhūm dispu-
 tans, id potissimum egerit, ut demonstraret Christum secundam
 humanam naturam speciali ratione quaedam voluisse, eidemque,
 humanæ nempe naturæ, voluntatem denegandam non esse, ita
 Adversarium suum convincens: In sanctis Evangelii dictum est de
 Domino: quod altero die voluit Jesus intrare in Galileam; Per-
 spicuum igitur est, quod quatenus non aderat illic, voluit intrare;
 non autem aderat humanitæ, divinitate enim nusquam abest. Ergo
 quatenus homo, & non quatenus Deus voluit intrare, poteratq; quate-
 nus homo velle &c. Nec deesse tamen argumenta videntur, è quibus
 id colligi potuisset, humanam voluntatem intellexisse MONO-
 THELETAS, quando Christo unicam tribuebant. Titulus certè,
 atque voluntatis cognomen, quò *voluntas carnis*, in eo-
 rundem Adversariorum scriptis, dici consuevit, eam mentem MO-
 NOTHELETARUM fuisse, suspicandi ansam præbet. Ita compo-
 sitam eos voluntatem intellexisse, clarissima Pyrrhi verba demon-
 strant. Διωατὶν ὁ ἐκ τῶν δύο φύσεων ἐν τῇ σύνθετον λέγου-
 μιν, ὅτι καὶ ἐκ τῶν δύο φύσεων θελημάτων ἐν τῇ σύνθετον λέγου-
 μεν. Quemadmodum ex duabus naturis unum quiddam dicimus esse com-
 positum, ita potest à nobis usurpari ex duabus voluntatibus naturalibus,
 unam quaedam composita. Colligebant nimirum voluntatis unitatem,
 è personæ σύνθετος conditione, ob quam causam etiam τὸ θελημα
 σύνθετον frequentius dicebant. Neutrâ denique voluntatem
 expressisse MONOTHELETAS, videri posset, quando sibi met ipsis con-
 trariè, in exprimendâ voluntate Servatoris nostri, deprehensi sunt,
 & præprimis voluntatem ipsam, cum operationibus, quarum
 principium voluntas est, confuderunt, γνωμικὸν τὸ θελημα λέ-
 γοντες, hoc est, uti Franciscus Turrianus Latinè reddidit,
Sententialem voluntatem dicentes, atque id ita explicantes:
 ἢ γνώμη ἢ ἄλλο ἐπὶ τὸν θεόν, ἢ ποῖα θελήσει, ἢ ἡλικίᾳ ἢ ἄλλοις
 ἢ νομίζουσι ἢ ἀγαθῶν ἢ ἀντιχρυσῶν, id est, interprete iterum Turria-
 no, sed parum felici; *Gnôme* nihil aliud est, quàm voluntas alicujus
 modi, que secundum habitudinem adheret alicui verè bono, aut existi-
 mato bono. Significantius Dionysius Petavius de Dogmat. Theol.
 Tom.*

Tcm. IV. L. c. 21. Græcorum mentem expresit; γνώμη est voluntas, quodam modo affecta, que cum habitudine quâdam, bonum, vel verum vel putatum amplectitur. Quod postea ita explicatur: γνώμη πρὸς Θεὸν λέγεται, πρὸς Θεὸν ἡσυχία, ἡ λογικὴ φύσις. Gnome, id est, sententia aptè dicitur, que est modus utendi (voluntate) non rationatura. Breviter: per voluntatem non potentiam agendi, sed motum quendam agentis voluntarij intellexerunt Hæretici, ut ita in Orthodoxam fidem non tantum, sed saniorum Philosophiam impegerint, uti jam jam explicandum erit fufius.

§. 13. Falsam de unica Christi voluntate opinionem, innumeri errores alij, quemadmodum fieri id solet, comitati sunt, quos inter minimus non erat, receptæ significationis diversissimorum nominum neglectus, quippe cum semel, atque iterum citatus à nobis *Maximus* in Epistolâ, quam ad *Martinum Presbyterum* de MONOTHELETIS scripsit, accusarit eos, quod idem dixerint esse inter se, ἑλμημα, καὶ βῆλησιν, καὶ βῆλην, καὶ πρὸς Θεὸν, καὶ γνώμη, ἐξίσταντε, καὶ δόξαν, καὶ φρόνημα, solisque nominibus differre. Quâ occasione Ecclesiastici scriptores, de nativâ harum vocum significatione, prolixius disputare ceperunt. Quantum enim in explicandis, discernendisq; terminis hisce *Maximus* laborarit, ex allegato ad *Martinum* scripto, clarum est, quod tùm seorsim *Turrianus* edidit, tùm magnæ Bibliothecæ Patrum, post *Margarinum de la Bigne*, Compilatores Colonenses, cum aliis ejusdem generis scriptis, Tomo septimò inseruerunt. Enimverò *Johannes Damascenus*, utur post eorum vixerit tempora, quibus MONOTHELETARUM Antesignani inclaruerunt, Libro III, tamen de Orthodoxâ fide cap. XXII & breviores de principiis hisce actionum humanarum duxit lineas, & sedulitate suâ id obtinuit, ut præclaram ejus operam nemo hodie ex merito aspernetur. Sequamur igitur manu ductorem hunc, cujus sensus tot eruditi viri calculis suis approbarunt hætenus: Ita enim fiet, ut non tantum errores MONOTHELETARUM, quos commiserunt in hæc re, intelligamus plenissimè, nec confundamus amplius diversissimæ significationis terminos, unâ operâ sed quæ verissima priscorum Patrum, circa idem negotium, opinio fuerit, accuratè percipiamus. Primo igitur βῆλησιν, ita describit cita-

tus Autor: Βελησις γδ εστιν, ορεξις, και οφεισις πινθη. πεαγμαθη
 λογικη. --- ειτα μετ' τω βελησιον ΖΗΤΗΣΙΣ, και ΣΚΕΨΙΣ, και
 μετ' αυτα, ει των εφ' ημιν εστι, γινεται βελη, η γυν βελευσις. ---
 ΒΟΥΛΗ δε εστιν ορεξις ζητητικη πει των εφ' ημιν πεακτων γνομων.
 Βελευεται γδ, ει ωφειλε μετελθειν το πεαγμα, η ε. ειτα κρινει το
 κριτηριον, και λεγεται κρισις. ειτα Διαπιθηται, και αγαπη το εν της
 βελευσις κριθην, και καλειται ΓΝΩΜΗ. Εαν γδ κρινη, και μη Διαπιθη
 προς το κριθην, η γυν αγαπητη αυτη, ε λεγεται γνωμη. ειτα μετ' τω
 Διαθουσι, γινεται ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΣ, η γυν ΕΠΙΛΟΓΗ. Πρωαιρεσις γδ
 εστι, δυο προκειμενων το αιρεισθαι και εκλεγεσθαι τ' ετο προς επ' εθ'
 ειτα ορμη προς τω πεαξην, η λεγεται ΟΡΜΗ, ειτα κερηται, η
 λεγεται ΧΡΗΣΙΣ. ειτα παυεται της ορεξεως μετ' τω κρησιον.
*Voluntas est appetitus, & desiderium rationale rei cuiuspiam. Post
 voluntatem Inquisitio & consideratio rei, quam appetimus, tum si
 in nostrâ potestate est sita, Consilium sequitur, sive consultatio, ac
 desideratio. Consilium vero est appetitio indagatrix de iis rebus,
 quae in nobis sitae sunt. Consultat enim an aggredi rem debeat, nec ne?
 Deinde iudicat, quid sit melius: & hoc iudicium appellatur.
 Postea vero adficiatur, & amat id, quod ex consilio iudicatum est: idq;
 sententia vocatur. Nam si iudicet, & ad id, quod iudicatum est,
 minime adficiatur, hoc est, nisi amet ipsum, non vocabitur sententia.
 Exinde post adfectionem, fit electio sive delectus. Est enim
 Electio, cum e duobus unum optatur, & eligitur praeter altero. Dein-
 de movetur ad agendum; & hic vocatur impulsus. Tum utitur,
 & appellatur Usus. Demum quiescit ab appetitu, postquam usum
 habuit. Haec & similia ab iis, qui Actionum nostrarum principia in-
 vestigant, fusius repeti & inculcari solent, atq; eadem opera MONO-
 THELETARUM discursus αλογοι confutantur.*

§. 14. Neque vero Christi tantum voluntatem unam esse
 MONOTHELETAE dixerunt, sed perrexerunt ulterius, atque unam
 etiam DEI & sanctorum aliquando futuram esse voluntatem ad-
 firmarunt, allegantes in hanc rem Patrum consensum, nec non
 eodem argumentô, Orthodoxorum sententiam, de aequalitate
 nata=

naturarum & voluntatum confutare antiſi: εἰ φύσις τὸ θέλει
διεμφανέσει εἰ δὲ τῶν πατέρων ἐν θέλημα τῶ θεῶ καὶ τῶν ἁγίων εἶπον
καὶ μία φύσις ἐστὶ ἅτω γὰρ τῶν ἁγίων, καὶ τῶ θεῶ. Si natura est velle,
obicit Pyrrhus, in Disput. cum Maximo, illustriores autem Pa-
tres dixerunt, unam esse DEI & Sanctorum voluntatem; ita fiet,
ut Sanctorum & DEI una sit natura. Confundebant nimirum pes-
simè hæretici hi voluntatem ipsam, cum re volitâ, quam in Phi-
losophorum Scholis vocant, non animadvertentes, quod debu-
issent tamen facere, agentia libera, utut diversissimas ea na-
turas habeant, in eundem tamen collimare scopum posse. Quare
rectissimè Maximus: εἰ αὐτὸν τὸ τῶ θεῶ καὶ τῶν ἁγίων θέλημα, καὶ τὸ θε-
λήσει. ὡπερ εἰ δὲ τὸ τῶ ὀφθαλμοῦ ὀπτικόν; καὶ τὸ ὀφθαλμὸν τὸ μὲν γὰρ
ἐπιώδως αὐτῷ προσέει, τὸ δὲ ἐκτός τυγχάνει. Ἄλλοι εἰ μὲν πρὸς τὸ
ἐπιώδως ἀπιδόντες, εἶπον, εἰ μόνον ἐμοφύεις; καὶ σύνδημιεργεῖς
ἐπιώδως εὐρεθῆσονται τῶ θεῶ τῆς ἁγίας. Ἄλλα καὶ ἑαυτοῖς ἐναντι-
ἐπιώδως, φύσαντες, μὴ δύνασθαι ἐτερόδοξα κοινὸν ἔχειν θέλημα. εἰ
δὲ πρὸς τὸ θελήσει, ἀρα ἀπολογικῶς, ἢ ὡς πρὸς φίλον λέγειν,
καταχρηστικῶς τὸ θελήσει, θέλημα προσηγόρευσαν οἱ πατέρες, καὶ
εἰδὲν ἐστὶν ἀποπρὸς τῆς φύσεως εἶναι τὸ ἀπλῶς θέλειν ὀρεζομῶν
id est, Interprete Turriano, apud Baronium in Appendice ad Annal.
tom. VIII. Non idem voluntas volentis, & id quod vult; sicut
non est idem videntis vis cernendi & quod cernitur. Illa enim inest
ei substantialiter; hoc autem extra est. Quod si ad substantialem
respicentes dixerunt, reperirentur non solum ejusdem naturæ cum Deo
sanctos inducere, & cum eo effectores, sed etiam sibi ipsis repugnantes:
qui dixerunt, non posse diversas substantias communem habere volun-
tatem. Sin verò ad id, quod volunt, respexerunt, igitur secundum
causam, sive ut quibusdam loqui placet, per abusivam voluntatem
appellaverunt Patres eam rem, quam quis vult; nihilque absurdum
sequetur ex eo, quod desinerunt natura esse simpliciter velle. Confer
ejusdem Maximi, à Turriano, in formâ minori, edita opuscula, in quo-
rum pag. 21. hanc inscriptionem capituli invenies; Quod omnino, ut
quidam ajunt, non erit post resurrectionem una Sanctorum inter se &
DEI voluntas, quamvis unum velint.

§. 15. Sublato voluntatis divinæ & humanæ in Christo
discrimine, de operationibus ejusdem docuerunt, nec has fuisse

geminas, sed unam potius, pro unitate hypostaseos, ἐπέεργασαν.
 Quam suam sententiam denuò non tantùm diversi, sed iidem
 etiam, in diversis locis, atque cum diversis congressi adversa-
 riis, diversimodè explicare soliti sunt. Modò enim maussitabant
 penitè, nec unam, nec duas operationes dicendas esse com-
 menti, quemadmodum postea, ubi Syncretistica MONOTHELE-
 TARUM studia recensimus atque ἐκθεσιον Heraclii & Typum Con-
 stantis allegabimus, apparebit. Modò operationem omnem & pro-
 priam operandi facultatem humanæ Christi naturæ denegabant, fin-
 gentes, Verbum incarnatum in nostrâ quidem naturâ, i. e. in huma-
 nitate, voluntate carere omni & operatione pariter, utpote sub-
 stantiâ inanimatâ & rationis expertâ è nobis sumtâ. Vide ite-
 rum *Maximum*, ad *Nicandrum* scribentem; Modò sequentem
 dicendi formulam approbabant, quæ, mirificè MONENERGITIS il-
 lis placuit: Unam Christi operationem *secundum exsupe-
 rantiam esse*, quia divina operatio, tanquam efficacior, supe-
 rarit humanam; id est, mysterium fraudis fubus exponente *Pyrrho*,
 non egisse quicquam humanam Christi naturam, sed operationem
 divinitatis passam esse tantummodò, cum humanum motum,
 passionem (τὴν ἀνθρώπινω κίνησιν παύσασθαι) Patres dixerint.
 Modò ita exponebant rem omnem, divinitatis & humanitatis unam
 operationem esse, non aliter, ac sicut instrumenti & artificis,
 seu principalis causæ, una operatio est. Perspicuè id liquet è
Theodori Pharanita discursu: Omnia, inquit ille, in Actis Syno-
 di VI. que salutifere dispensationis sunt, sive divina, sive humana,
 deo, Salvatore nostro dicuntur: Ἀρχοειδῶς μὲν, θίον εἰπεῖν, ἐκ τῆς
 θεῆς τὴν ἐνδοκίαν, καὶ τὴν αἰλιαν ἐλάμβανε, ἀπὸ μέσης δὲ τῆς νοε-
 ρῆς καὶ λογικῆς ψυχῆς ἐπαρξείτω ὡρὰ τὸ σῶμα τῆς. Initium qui-
 dem à divinitate, utpote permissum & exordium accipiebant, mi-
 nistrante autem intellectuali & rationali animâ ministrabantur à
 corpore. Iterum ille Δέον ἂν εἶπω φερεῖν τε, καὶ λέγειν ἡμᾶς, πάντα τὰ
 καὶ τὴν ἐκ θεῶπιον τὸ σωτήριον. καὶ ἰσορῶμεν εἴτε μίαν γνώ-
 σκειν ἐπέεργασαν ταύτης δὲ τεχνίτου, καὶ διμικροῦ τὸν θεῖον. Ὁρῶμεν
 δὲ τὴν ἀνθρώπιον, τὰ τε ἂν ὡς θεῶν, τὰ τε ἀνθρώποισι πῶς ὡς
 αὐτῶ λέγομεν, πάντα, ἐπέεργασαν ὅτι τῆς τῆς λόγος θεότης. Oportet
 igitur ita sapere, & dicere nos, omnia que in Incarnatione Salvatoris
 Christi

Christi dicuntur esse, unam scire operationem esse; Hujus autem oper-
ficem, & creatorem Deum Verbum, organum verò, humanitatem
consistere. Ergò quæque velut de DEO, aut humanè de ipso dicun-
tur, omnia una est operatio Verbi divinitatis. Modò iterum aliter
vesanum dogma suum MONENERGITÆ explicare conati sunt;
Compositam Christi operationem esse dicentes, quem Θεω-
δεκτῶ, seu Deivirilem ἐνεργίαν appellare consueverunt; Ita
enim anathematismum septimum Cypri conceptum fuisse, ex
Actis Concil. 6. liquet, quod crediderint, Τὸν αὐτὸν ἐνὰ χεῖρῶν,
καὶ ἑὸν ἐνεργῆσαν. Ἐπεὶ ἡμεῖς, καὶ ἀνθρώπινα μίαν Θεοδεκτῆ
ἐνεργείαν, hunc ipsum unum Christum & filium, tam illa, quæ Deo
conveniunt, quam humana operari unicâ operatione Deivirili. Et
Macarius in professione fidei: Non ille divina, secundum Deum;
nec humana secundum hominem egit, ἀλλ' ἐνανθρώπησας Θεὸς λό-
γος καὶ ἡμεῖς ἕνα τὸν Θεοδεκτῆ ἐνεργῆσαν. καὶ ταύτην ἄλλω ζωοποιῶν
ἐπιδείκνυται, Verum Deus Verbum in carne, novam quandam Dei-
virilem operationem, eandemq; totam vivificam ostendit. Hanc
ipsam compositam operationem, Christo, tanquam Personæ, &
duabus naturis constanti, Pyrrhus imprimis tribuit, atque ita
μίαν ἐνεργῆσαν ἑσώστα τικτῶν, unam personalem operationem asseruit,
ut exprimere tamen ausus non sit, an divina, an humana, an
neutra ea dici debeat? Cum enim Maximus Pyrrhum ad ab-
surdum deducere conaretur, ratiocinio sequenti: Quamnam
istam unam dicere operationem placet? Divinam, an humanam, an
neutram? Atqui sane si divinam dicitis Deum merum dicitis Christum;
Si humanam, nequaquam Deum, sed hominem merum solum facitis;
εἰ δὲ ἑδεδεῖργον τῶν, ἑδὲ Θεὸν, ἑδὲ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνύπαρκτου
δουματίζετε τὸν κρείττον. Si neutram harum, neque Deum, neq; ho-
minem, sed potius Christum traditis non existentem; Nil aliud re-
spondit Adversarius, quam hoc: Cum dicimus unam operationem
Divinitatis Christi, & ejus humanitatis, ἡ λόγος φύσεως ταύτῃ
πῶς εἶναι αὐτῷ φανερῶν, ἀλλ' ἐνώσεως τῶν ὁπῶν; Non dicimus hanc in
eo inesse ratione nature, sed modo unionis. Et cum ulterius instaret
Maximus: ἐπειδὴ ἡ ἐνωσις ἕστιν ὅτι, καὶ ἡ πρῶτα ἕστιν ἄρα
καὶ ἡ πρῶτα ἡτὶς χεῖρῶν ἐνεργῆσαν. Quandoquidem Unio habitudo
est & non res ipsa; Habitudo igitur, non res quæpiam Christi erit ope-
rario

ratio? Item: Necessè est vobis, ut operationem illam unam, creatam, aut increatam dicatis, siquidem inter creatum & increatum esse, non datur medium, obmutuisse penitus Pyrrhum, legitur, Confer Acta Africanae Disputationis Græco-Latina, locò citatò.

§. 16. Hucusque summa capita hæreseos, quæ unam in Christo voluntatem, unamque operationem agnovit, recensuimus, in quibus si difficultas quædam occurrat, quemadmodum negare non possumus, Ecclesiasticos Scriptores, in describendis MONOTHELETARUM dogmatibus, non parum discrepare cogitabit Lector, veritatis equidem assertores secum ipsis perpetuò convenire, mendaces verò multiplici dissensu se prodere; nam qui rationis ac iudicii constantiam in hæreticorum dogmatibus requirit, is, iudice Petaviò, Tom. IV. de Dogm. Theol. L. VIII. hoc ab illis, quod non fert rerum natura, exigit, & nihilo plus agit, quam si det operam, ut cum ratione insaniat. Missis igitur mutuis MONOTHELETARUM contradictionibus, de quibus Petavius loc. citat. prolixius disputat, uti communem errorem defendere conati sint, breviter dicemus; non, ut singulas eorum repetamus argutias, sed ut classes indicemus tantum argumentationum, quibus MONOTHELETÆ uti consueverunt. Quadruplices autem illas fuisse animadvertimus, cum primò *depravatis Scripturæ Sacrae testimoniis*, deinde passim *corrasis ratiunculis*, ementitò porrò *Patrum consensu*, *stolidò* denique *miracula perpetrandi conatu*, simplicioribus fucum facere, & deformem exornare causam suam, tentarint. Iis igitur Scripturæ dictis abusos potissimum MONOTHELETAS, comperimus, quibus unitas personæ Servatoris nostri adstrui aliàs solet. Quæ inter notissimum illud est, quod *1. Tim. II. 5.* legitur, *εἰς τὸ θεὸς εἰς καὶ μεσίτης θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ὁ ἰησοῦς χριστός.* Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus. Huc spectat etiam Christi, cum Isaaco, unico Abrahami filio, comparatio, *Ebr. XI. 17.* instituta; nec non alia, de unitate Christi, testimonia; E quibus omnibus in hunc modum colligebant hæretici: Quot sunt volentes & operantes, tot sunt voluntates & operationes, cum non nisi volentis voluntas, & operantis operatio sit. At unus est Chri-

Christus volens & operans: E. una ejus voluntas & una operatio. Enimvero
 ad ea responderunt Orthodoxi, majorem propositionem falsam esse; *Ei si e-*
nim (uti Orthodoxorum mentem exponit *Maximus*, in Synodo Martini Pa-
 pæ, Secretariò V) *volentis est voluntas & operantis operatio; non tamen ab-*
solutè volentis, sed naturaliter volentis; nec absolutè operantis, sed naturaliter
operantis: & hoc certum est, quia ipsa appellatione, ex naturâ operantis atq;
volentis, utramq; habere dignoscitur voluntatem atq; operationem. Sic nam-
que hominis voluntatem atq; operationem humanam dicimus, angelicam au-
tem Angeli & divinam DEI; Non habuerunt certè Adversarii, quæ excipe-
re potuissent. Ad alia igitur conversi sunt Scripturæ dicta, atq; id impri-
mis allegarunt, quod Job. I. 13, nativitatis fiat mentio $\sigma\alpha\kappa\ \epsilon\zeta\ \alpha\iota\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon\varsigma$, $\delta\delta\ \epsilon\kappa\ \theta\epsilon\lambda\acute{\eta}\mu\alpha\tau\ \&\ \sigma\upsilon\epsilon\kappa\acute{o}\varsigma$ factæ, quem locum ita exposuisse *Athanasium* observa-
 bant; *Natus est ex muliere, qui ex primâ formatione sibi formâ hominis crexit, &*
excitavit in ostensione carnis, $\delta\iota\chi\alpha\ \delta\epsilon\ \sigma\upsilon\epsilon\kappa\iota\kappa\acute{\omega}\nu\ \theta\epsilon\lambda\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\acute{\omega}\nu\ \alpha\iota-$
θρωπίνων, ἐν εἰκόνι καὶ νότῃ. $\text{Ἡ γὰρ θέλῃσις θεότητ\ \&\ μόνῃς, sed sine volunta-$
tibus carnalibus & sine humanis cogitationibus, in imagine novitatis;
voluntas enim erat solius divinitatis. Attamen ad hunc i-
 psam locum non minus feliciter, quam priora dicta respondit *Maximus*,
 cum *Pyrrho* disputans: *Cui non est perspicuum, inquit, nisi omninò oculis*
animi captus sit, ὅτι ἔστι τὸ φυσικὸν λόγος, ἀλλὰ ἔστι τὸ θεόπρ της κα-
τὰ σῆκα αὐτῆ ὑπαρξῆως, quod non de ratione naturali, sed de modo, quò
secundum carnem extitit, hæc ille pater Athanasius recensuit? δειξαι βγ-
λόμω $\text{τὴν σῆκωσιν ἔργον ἔσαν τῆς θείας, καὶ μόνῃς θελήσεως, εὐδο-$
κῆντ $\text{μὲν τὸ πατρός, αὐτεργῆντ$ $\text{δὲ τὸ υἱῆ, καὶ συνεργῆντ$ $\text{τὸ αἰ-$
γίς πνεύματ $\text{ἀλλ' ἔστι σῆκικῆς κινήσεως, καὶ λογισμῶν αἰθρωπίνων,
εἶτῆν γαμικῆς ἀπολῆσις. Cum vellet demonstrare, fuisse incarnationem
 opus divine, & solius voluntatis, complacente Deo Patre, ac per se operante Filio,
 ac cooperante Spiritu Sancto; non autem opus motus carnalis & cogitationum
 humanarum, id est, ordinis & consequutionis nuptialis.$

S. 17. Cæterum non minus in *Ratiociniis* suis, quàm Scripturæ
 locis & falsi *MONOTHELETÆ* fuerunt, & fallere alios conati sunt, quando
 Majorem propositionem à *Nestorio* mutuantes, hòc modò collegerunt;
Quot sunt operationes, tot sunt persone. At, ex mente Orthodoxorum,
dua in Christo operationes sunt, E. totidem personas asserere erit necesse.
Quæ conclusio cum decretis Concilii Ephesini esset contraria, minorem pro-
positionem, Orthodoxorum scil. thesin, falsam esse inferebant, Quem

E

eorum

eorum discursum iterum solidò responsò Orthodoxi infregerunt, non tan-
 tum iis usi formulis, quas sub indirectarum responsionum titulis vulgò com-
 prehendant, instando scil. *Atqui unica est operatio in Deitate. E. etiam u-*
na persona erit, contra Symbolum Athanasianum; Item: *Innumera opera-*
tiones verbi incarnati fuerunt, innumera item operationes Deo Patri, qui cre-
avit, conservavit, elegit nos &c. tribuuntur, E. & plures personas in verbo
incarnato, nec non Deo Patri figere erit licitum; Sed directè etiam argumen-
 tivum penitus incidentes, dum ad Majorem, negando eam, responderunt:
Si quis verò, contra Pyrrhum disputat Maximus, in unoquòq; nostrum hoc
voluerit tractare, reperiet, etiam nos unò & eòdem tempore ratiocinantes,
& deambulantes, vel etiam alia cogitantes, & alia presentibus differentes.
Quod quidem Moses fecisse narratur, cum eòdem tempore pro populo Deum
precabatur & cum populo loquebatur, & eum ad bonas spes incitabat; neg;
tamen, quia dupliciter operabatur, duo erat unus, &c. Eandem sortem
 reliquæ MONOTHELETARUM argutiæ expertæ sunt, quando duas negare vo-
 luntates idè tutissimum judicarunt, ne *contrarias* asserere esset neces-
 se; Judice enim Pyrrhò, ἀδύατον ὄντι, ἐν ἐνὶ προσώπῳ δύο ἀλλήλοις σιω-
 πᾶσαι θελήματα, ἀνευ ἐναντιώσεως. *Impossibile est in unâ*
personâ duas simul esse non contrarias voluntates.
 Quod ipsum principium falsissimum esse, ab Orthodoxis demonstratum est,
 unde MONOTHELETÆ, cum hoc ipsum asylum tutum non esse animadver-
 terent, aliud quoddam ἀδύατον, ex Orthodoxorum sententia, deducere
 conati sunt: Naturarum enim binarium numerum, voluntatis & operatio-
 nis dualitatem nequaquam sequi, ex eo ostendere laborarunt, quod ipsum
 met hominem corporea & incorporea componant substantiæ. Sic igitur,
 arguebant, *non una Christi operatio est; sicut una persona, sed due operatio-*
nes, sicut due nature; sequitur, quod & humane nature sint due operationes,
pro diversitate corporis & anime. Et sic tres erunt in Christo opera-
tiones, Deitatis, corporis, anime. Sed postquam Maximus communi huic
 MONOTHELETARUM objectiunculæ, non infeliciter fecerat satis, responden-
 do primò, eadem ratione probari posse, tres esse in Christo naturas, divi-
 nam, corpoream & incorpoream; Secundò, Ὅτι ἡ ταύτων τὸ κατ' εἶδος
 τὸ ἀνθρώπου ἐν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐν, non esse idem,
secundum speciem hominis unum, & secundum substantiam anime & corporis
unum, &c. tandem eò confugerunt hæretici; Receptam inter Orthodo-
 xos sententiam esse, omnem motum humanum, respectu divini influxus,
 passio-

passionem esse veriùs, quàm actionem. De Christo igitur similiter esse dicendum, divinam ejus naturam, unicum volendi atq; operandi principium esse, cujus nutus sequatur humana natura, quasi pateretur à divina, in se agi. Unde porrò colligebant, unicam adhuc voluntatem & operationem, ab una natura, cum autoritate agente, profectam, Christo propriè tribui, non duas, quot naturarum binarius stabilire aliàs videretur, si neutra alterius agnosceret in se imperium. Attamen nec eà ratione obtinuerunt quicquam Adversarii. Orthodoxi enim, quod animadvertent, sub comparationis schemate occultari fraudem, non è comparationum ambiguitate, rei essentiam addisci monuerunt; unde nec propriè & absolutè dici possit *passio*, quam divina superarit *δυνάμεις*. Confer, *Maximum* id sine Disputationis, cum Pyrrho habitæ.

§. 18. Expugnatis igitur tot MONOTHELETARUM claustris, unicum illud restare videbatur, quod *sanctioris antiquitatis titulum*, id est, *priscorum Patrum consensum* præ se ferebat. Mirificè enim illi mendaciorum architecti, ne quicquam relinquerent intactum, vel sola canitie venerandos Ecclesiarum Doctores, in erroris suspicionem adducere conati sunt, vel videri saltem ipsi, cum maximis viris humani aliquid passi. Fingebant enim celeberrimos confessores iis phrasibus uti consuevisse, quæ non alium habuerint sensum, quam novæ huic hæresi conformem. In quam rem eorum potissimum allegabant testimonia, qui operationes Christi, è quibus de voluntatibus simul judicium ferendum esse, tradebant, *θεανθρωπίας*, id est, *DEI-viriles* dixerant, quod totidem verbis *Dionysium* tradidisse, observabant, allegantes Epistolam ejusdem quartam, in quâ Christum, ait *ὅτι τὰ ἀνθρώπεια κατὰ ἀνθρώπον, ἀλλ' ἀνθρώπεντος θεοῦ, ἡγνώ τινα τὴν θεανθρωπὴν ἐπέργασεν ἡμῖν περὶ λιτευμῶν*, non humano modo propria hominis egisse: Sed cum vir factus esset DEUS, novam quandam *DEI-virilem* operationem vivendi genere instituisse. Quam ipsam *θεανθρωπὴν ἐπέργασεν* ita MONENERGITE illi explicabant, quod à solâ divinitate prodeat, & per humanam naturam, quasi per instrumentum perficiatur. Quæ manifesta tamen sensus Ecclesiastici erat depravatio, cum ideò *θεανθρωπὴν ἐπέργασεν* Patres dixerint, quod non unum sed geminum ἐπέργασεν illa principium haberet, quod utrumq; vocabulò compositò Græci exprimere conati sunt; *θεανθρωπὴν* enim *ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου* descendit, &

indicatur adeò operatio; Cujus causæ sint divina & humana Christi Natura.
Sed nec illud negligia MONOTHELETIS debuisset, quod jamdudum à
priscis Ecclesiarum Doctoribus observatum esse deprehendimus; scilicet ubi de
operationibus Christi agitur, discernendas esse voces sequentes, ἐνεργῶν,
ἐνεργητικόν, ἐνέργεια, ἐνεργημα, καὶ ἀποτέλεσμα. Ἐνεργῶν est *principi-*
um Quod, uti in Lombardi & similium Scholis loqui amant, id est,
Suppositum; atque adeò de Christo usurpatum, *Persona*, juxta illud:
Actiones sunt Suppositorum. Ἐνεργητικόν verò *Prin-*
cipium Quo, seu partem Suppositi, secundum quam illud agit, appel-
lare consueverunt. Unde in Christo duæ ejus Naturæ *Principia*
ἐνεργητικὰ dicenda veniunt. Ἐνέργεια porro *ipsa actio Naturæ est*,
seu uti in Libro de Sacrosanctâ Trinitate, qui falsò Cyrillo tribui, atque in-
ter opera ejusdem excudi solet, cap. 19. describitur: Ἐνέργεια Φυσικὴ ἐστὶν ἡ
τῆς κοινοῦ φύσεως τῆς Θεοῦ δυνάμεως πρὸς τὰς εἰς ἐργασίαν ἐκπλήρωσιν, ἢ
πρὸς τὸ ἐνεργεῖν ἔχει τὸ εἶναι, id est, *Naturalis operatio est facultatis que inest*
in naturâ, progressio, ad operis cuiuspiam expletionem: quæ esse habet in effe-
ctione ipsa. Has, ἐνεργείας nimirum, ab ἐνεργήμασι, qui agunt accu-
ratis, ita discernendas esse docent, quod ἐνεργημα, sit *terminus ἐνεργ-*
είας, seu effectus, per operationem naturæ productus. Ἀποτέλεσμα de-
nique vocant *Opus commune*, è *concurso duarum Natura-*
rum unitarum intimè, atq; cum communicatione agen-
tium, quatenus κοινωνεῖ ἡ Θεῖα Φύσις τῆς σαρκὸς ἐνεργείᾳ, *resultans*,
(ut exempli gratiâ, ζωοποίησις unum quidem nomen est, at non unius natu-
ræ ἐνέργεια sed ἀποτέλεσμα potius, id est effectus divinæ & humanæ Na-
turæ) Quando igitur primitivæ Ecclesiæ Patres θεανθρώπινος ἐνεργείας δι-
xerunt, ad ἀποτέλεσμα potissimum respexisse nobis videntur, id est, ad
effecta, non unius, sed *communiam utriusq; Naturæ*, quarum non
tantum principum ἐνεργῶν Persona, sed ἐνεργητικῆς οὐσίας duæ Naturæ
dicendæ. Quod clarè satis citati antea Libri, de S.S. Trinitate Autor ex-
posuit, inquit, λέγεται πάλιν ἐνεργεία καὶ ἡ τῆς ἐργασίας ἐκπλήρωσις, αὐτὸ
τὸ ἐνεργητικόν ὁ τῆς πράξεως ἀποτέλεσμα, ἢ πράξις αὐτῆς. Τὸ δὲ τὸ
δεύτερον σημαίνει τὴν ἐνεργείαν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὴν θεανθρώπινον. Dicitur
ἔργον.

Et operatio ipsa operis absolutio et effectum ipsum; reig; perfectio, ipsa
 met actio. Et Maximus Martyr in Epistolâ, quam ad Episcopum Nicandrum,
 de duabus operationibus in Christo scripsit, similitudinis cujusdam ope de-
 clarare negotium conatur, *incisionem comburentem ferri can-*
dentis allegans, quæ etiam non unum tantum Principium ἐνεργητικόν,
 sed geminum habet. Confer Bibliothecam Patrum Tom. VII. pag. 620.
 nec non Damascenum Lib. III. de Orthodoxâ fide cap. 19. in quò totò
 Θεανδρικῆς ἐνεργείας agitur. Illud porro detestabile quàm maximè in MO-
 NOTHELETIS era, quod corrumpere Patrum, Θεανδρικῶν operationem com-
 memorantium, testimonia, eademque in suam magis flectere sententiam au-
 derent, in textu Dionysii antea citato, pro: ἑνὴν πᾶσι τῶν Θεανδρικῶν
 ἐνεργειῶν, legentes: Μίαν πᾶσι τῶν Θεανδρικῶν ἐνεργειῶν; quasi etiam hac ra-
 tione unicam tantum operationem Christo Θεανδρῶπιω Dionysius tribuif-
 set. Animadvertit verò fraudem Sophronius, atq; Cyrum imprimis, quod
 eâ usus & veritatem obscurare esset annisus, graviter corripuit, frustra ex-
 cusante crimen Pyrrhò, non malò animò immutationem illam textus Dio-
 nysii, à Sectæ suæ hominibus factam esse, prout in Actis Synodi sextæ legi-
 tur. Atq; ex hoc unò exemplo (plura enim addere instituti nostri ratio
 non permittit) quam malâ fide venerandos Patres citare MONOTHELETÆ con-
 siverint, quam falsa item eorundem fuerit gloriatio, quâ, ipsis simam Con-
 fessorum veterum doctrinam se repetere, mentiebantur, perspicuum esse ju-
 dicamus. Plurium dictorum hujus generis vindicias, qui omninò legere
 desiderat, tum Acta Disputationis Africanæ, Maximum inter & Pyrrhum
 habitæ, tum quæ in Lateranensi & Constantinopolitano tertio Conciliis ge-
 sta sunt, conferre poterit.

§. 19. Novum insuper fraudis mysterium vesani illi hæretici excogi-
 tarunt, quando miraculis confirmare impietatem suam, temerariò pror-
 sus consilio sunt ausi. Polychronius enim, qui inanibus titulorum bullis
 superbiebat, (dicebatur enim ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος καὶ Μόναχος) formulam
 quandam fidei, in MONOTHELETARUM gratiam composuerat, argu-
 menti sequentis, ὅτι ὁ μὴ ὁμολογῶν ἐν Θεῷ ἑνὴν καὶ Θεανδρικῶν ἐνεργειῶν ὅτι
 ἐστὶν Χριστιανός. *Quicumq; unam voluntatem & DEI virilem*
operationem confessus non fuerit, nec pro Christiano habe-
atur amplius; Præceptorem in hac re laudans spectrum aliquod,
 quod

quod ipsemet vocat *ἀθέτη Φοβερὴν λευχειμονέντα σφόδρα* *Virum terri-*
bilem, candidatum valdè. Huic igitur Confessioni suæ tantam impostor tri-
 buebat vim, ut mortuo imponens hæreticam formulam, suscitare illum præ-
 sumeret. Et quod miraberis omnino, LECTOR, ad hanc ipsam δοκημα-
 σίαν Fidei, ab Episcopis, in Synodo Constantinopolitanâ III. congregatis,
 admissus est homo temerarius. Qui enim talia conanti respondere debuif-
 sent, *ὄχι ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σὺ Non tentabis Dominum Deum tuum,*
Matth. IV. 6. & cum Augustino dicere: *Quisquis adhuc prodigia, ut credat,*
inquirat, maximum est ipse prodigium, Libro XXII. de C. D. cap. 28. expe-
 riri vires suas Polychronium iusserunt. Ita enim habebant verba Episcopo-
 rum, Actione XV. *συνείδομεν τὸν ἀγαθὸν εὐεργετῆρα χαρίτω ὅτι νεκρῶ τιθῆναι*
ἐπὶ τῷ αὐτῷ Πολυχρονίῳ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἡμοιότητά περὶ τῶν ἐξω τῶ ἐν-
ταῦτα θεῖα μέγα χε παλαίως, ἐν δημοσίῳ τόπῳ, καὶ παρεσίαν ἡμῶν τε καὶ τῶ
εὐεργοῦ, εἰς τὸ πληροφωρηθῆναι τὸν φιλόχριστον λαὸν τὸ, ὅπως ὁ θεὸς
τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσιν. Prævidimus, & chartula que relecta est, super
mortuum ponatur ab eodem Polychroniō, juxta propositionem, que ab eo fa-
cta est, extra hoc sacrum palatium, in locō publicō, in presentia nostra, &
plebis, queq; inventa fuerit, ad satisfactionem Christo amabilis populi, qua-
liter Deus veritatem demonstrat. Splendidè igitur adornatis rebus omni-
 bus, electōq; amplissimō ad solennem actum locō, id est, atriō publici la-
 vacri, quod dicebatur *Zeuxippus*, appositō item cadavere, & exequia-
 li feretro argenteo, non plebs concurrat tantum, sed *ἐνδοξότατοι ἀρχόντες*
καὶ φιλόχριστοι λαός, qui omnes ineptissimum histrionem præstolabantur,
 quem solō despectū, risuq; confutasse fuisset satis. Caterum quia nec ab
 impositam mortuō, suspectam, immō manifestā hæresi conspurcatam char-
 tam, nec ad susurros *Polychronii* mortuus resurgeret, ipseq; impostor, post di-
 uturnas ineptias, fateretur tandem; *ἀδυνάτως ἔχω ἐγείρειν τὸν νεκρὸν,*
expergefocere mortuum non possum, excitatō magnō strepitū,
 clamasse populos dicitur: *Τῷ νέῳ Σίμωνι ἀνάθεμα, Πολυχρονίῳ λαοπλάνῳ*
ἀνάθεμα. Novo Simoni anathema, Polychronio populi se-
ductori anathema! Quin & Episcopos imprudentiūs à se actorum,
 vel concessorum saltem, prænituisse postea videtur; ita enim in fine Actionis
 XV. legitur, *ἀλλ' εἰς πληροφωρίαν τῶν φιλοχριστῶν λαῶν, ὡν πλείους ἐσ-*
τοῖς ἐμπεραθεὺς χερόνης ἢ κατέτισαν αὐτὸς τε καὶ οἱ τὰς ὁμόφρονες, παρεχωρή-
σαμεν τὴν τοιαύτην αὐτῷ ἀνθάσειαν, καὶ μανιώδη τολμηρῶν περὶ τῶν δη-
μοσίῳ

μοσία γυέαζ, καὶ τὸ ὀπζητηθέντ' παρ' αὐτῶν νεκρῶν εἰς μέσον ἀχθέν-
 τ' παρυσία ἡμῶν τε καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων δρχόντων, καὶ πλήθους τῶν
 Φιλοχρίστ' λαῶν, καὶ καθὼς ἐκεῖν' ἐπετέινει τὸ ποιῆτον αὐτῶν ἀσεβῆς σύν-
 ταγμα ὀπιτεθεικῶς, καὶ πλείστην ἄρσιν, ὅσην αὐτὸς ἐβέλετο, ὀπιστὶς τῶ
 ποιῆτω νεκρῶ, καὶ ὀπιψυχρίστ' κατ' ἑαυτὸν, ἀπὸ ἐνόμισεν, ἕως ἧς πῦλος
 εἶπε, μηδὲν δλώαζ ποιεῖν. Πῶς γ' ἂν καὶ ἐδωῖατο βλασφημιῶν εἰς θεὸν
 δλώαεις ὀπιτελεῖν; συνείδομ' τῶν ὡς λαοπλάου καὶ ἀπατῶνα, καὶ
 περὶ δηλον αἰρετικὸν κτίσης ἱερατικῆς τάξεως τε καὶ λειτουργίας γυμνωθῆ-
 ναι. Καὶ καθαιρεθέντ' αὐτῶ, ἡ ἀγία σύνοδος ἐξεβόησεν Πολυχρονίῳ αἰ-
 ρετικῶ, καὶ τοῖς ὀμόθερον αὐτῶ, ἀνάθεμα, Μακαρίῳ ἢ, Στεφάνῳ, καὶ τῶ
 Πολυχρονίῳ ἀνάθεμα. Ἡ τριάς τῶν τρεῖς καθείλεν.

Ad satisfacionem
Christo amabilium populorum, quorum plurimos praeeritis temporibus tam
ipse, quam ejus consentanei deceperant, permisisimus talem ejus praesumptionem,
demoniosamq; ac temerariam propositionem publice fieri. Et mortuum,
quem quaeserat in medium deduci praesentia nostra & gloriosissimorum judici-
um, & multitudinis Christo amabilis populi, & sicut ille proposuit, tale ejus
impium scriptum superponens, & plurimam horam, quantam ipse voluit,
superassistens eidem mortuo, & supersusurrans intra semetipsum quaeq; pu-
tauit, donec dixit, non se posse facere. Quomodo namq; esset possibile,
blasphemantem in Deum, virtutes operari? Unde praevidimus hunc tan-
quam seductorem populi & deceptorem, & manifestum hereticum, omni
Sacerdotali ordine & officio denudari. Et deposito eo, sanctum Concilium
exclamavit: Polychronio heretico, & consentaneis ejus anathema, Macario
& Stephano, & Polychronio anathema; Trinitas istos tres deposuit.

§. 20. Enimvero cum animadverterent MONOTHELETAE, nec Sophista-
 rum argutiis, nec impostorum ineptiis, haeresin suam stabiliri posse, aliam rem
 aggressi sunt via, atq; pessimam causam Syncretismi pigmento, fucosq;
 exornare voluerunt. Nec privatam tantum in eandem rem, sed publicam eti-
 am & Imperatorum autoritate confirmatam scripta, haeretici ediderunt. ΕΚΘΕΣΙΝ
Heraclii & Typum Constantis intelligo. Atq; ut de Heraclii
 ἐκθέσ' prius dicam; Cum an madverteret Imperator, doctrinam, quam
 a JACOBITARUM Patriarcha audiverat primum, & a Sergio postea Cyro, & si-
 milibus deceptus, suam nuper fecerat, ab Episcopis aliis vehementissimè op-
 pugari, ita ut palam tueri nova dogmata non auderet, mutare autem sen-
 tentiam infra dignitatem suam fore arbitraretur, exemplo Zenonis ἐνωπικον
 quoddam scriptum componi jussit, quod *Judicione XII. anno Christi 639.*
 publi-

publicam lucem vidit. Atq; in hoc ipso negotio Sergii operâ denuò se u-
sum esse, confessus postea est *Heraclius*. Scripti autem quæ fuerit sum-
ma, exinde cognoscimus, quod *Anastafius* Notarius Regionarius Apostoli-
cæ Sedis Latino-barbarum illud factum, in Lateranensi Synodo prælegerit,
quod repetitum à *Binio* est, Conciliorum Tom. II, part. II, pag. 442. sub *Se-*
cretarii tertii titulo: *Nullò modò concedimus, alicui ex omnibus* (verba sunt
ἐκ τῶν ἁγίων citatæ) *unam, vel duas dicere sive docere operationes in divinâ Do-*
mini incarnatione, sed magis sicut sancta & universales tradiderunt Synodi, u-
num eundemq; filium unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, verum
Deum confiteri, operari divina & humana, & omnem Deo congruam & homi-
ni operationem, ex uno eodemq; incarnato Deo verbo indivisè & inconfusè pro-
cedere, & in unum eundemq; sortiri, eo quod unius quidem operationis vox licet
ab aliquibus Patribus dicta est, tamen turbat, extraneat quorundam aures, ar-
bitrantium in interitum eandem prolata esse duarum naturarum, quæ in u-
na subsistentia unitæ sunt in Christo Deo nostro. Similiter autem & duarum
operationum vocem multos scandalizare, utpote à nemine dictam sanctorum &
precipuorum Patrum: sed & sequi in eo, ut duas confiteamur voluntates, con-
trariè ad invicem venientes, Deo quidem verbo volente saluberrimam passio-
nem explere, incarnationem autem in eo factam obviã euntẽ ipsius voluntati
& oppugnantem, & exinde duo contrariis volentes introduci, quod impium est
& extraneum Christianici dogmatis. --- Unde Sanctos Patres in omnibus &
in hoc sequentes, unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi verissimi DEI con-
fitemur, utpote in nullo tempore animati intellectualiter ejus corporis separat,
& ex proprio impetu contrario mortui unito ei DEI verba in una substantia na-
turalem ejus producere motionem, sed quando & qualem & quantum ipse Deus
*verbum voluerat. Sed cum utriq; parti *Heraclii*, vel *Sergii* potius consilium*
solidum videretur, nec cessarent Episcoporum contentiones, atq; anathema-
*ta mutua, aliud edictum, sub *TRPI* titulo, *Constans Imperator* proposuit,*
*Indictione sextâ, anno Christi 648. operâ usus *Pauli*, tunc temporis *Constanti-**
*nopolitani Episcopi. Atq; in eodem approbari dicuntur quinque *Oecumeni-**
corum Conciliorum decreta, omnis verò disceptatio, de voluntatum, vel o-
perationum in Christo numero, severissimè prohibetur; Ita enim denuò ver-
*ba habent *Typi*, in eodem Concilio Lateranensi, à *Theodoro* Notario prælecti,*
*prout eadem adducit *Binius* locò citatò, sub titulo *Secretarii quarti*: *Cogno-**
vimus in multâ perturbatione esse nostrum Orthodoxum populum, utpote dicen-
tibus quibusdam unam voluntatem in dispensatione magni Dei & Salvatoris no-
stri Jesu Christi, & eundem ipsum operari divina & humana. Alii autem dog-
mati-

matizantibus duas voluntates & duas operationes in eadem dispensatione incarnati verbi: & illis quidem in satisfactione propter unam personam, esse Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis inconfuse & indivise volentem & operantem divinam & humanam. Aliis autem propter convenientes naturas indivise in ipsa una persona, & ut salvetur & maneat earum differentia secundum naturas, eundem ipsum unum Christum naturaliter operari divinam & humanam: & ex hoc in multam dissensionem & contentionem nostram Christianissimam rempublicam produci, ut discordes invicem non convenirent, & ex hoc secundum multos modos eam ledi oportere. Igitur arbitrari sumus, ab omnipotente Deo inspirati, sicut talem accensam discordie flammam extinguere, & non concedere eam ulterius humanas animas depasci. Quapropter sancimus nobis subjectos, qui consistunt in Orthodoxa & immaculata nostra Christianorum fide, qui sunt Catholica & Apostolica Ecclesia, non habere licentiam invicem a presenti de una voluntate aut una operatione, aut duarum voluntatum aut duarum operationum qualemcumque, proferre altercationem, aut contentionem, aut rixam. E quibus verbis, quae differentia, inter ἐκθεσιον Heraclii & Typum Constantis fuerit, simul innotescit; illa enim prohibebat duas operationes in Christo asserere, unam autem voluntatem perspicue exprimebat. At in Typo, nec unam, nec duas voluntates, itemque nec unam, nec duas operationes asserere, Imperator iussit. Sed cum nec eam ratione acquiescerent Orthodoxi Confessores, quod in officioso silentio non satisfieri muneri suo & conscientiae intelligerent, atque adeo MONOTHELETAE non minus acriter, post Typi promulgationem, quam ante eam, oppugnarentur, ut specialior tantum seductorum confutatio omitteretur, iidem haeretici tandem postularunt. Ita enim Pyrrhus, a Maximo feliciter superatus, cum alio confugere non posset, inquebat Ὁ θεὸς καλῶ ἐυρεῖν τρόπον. ἵνα καὶ ἡ ὀπίσκειν αὐτῆ ἀτοπία κατὰ γρηθῆ, καὶ ἡ μνήμη τῶν παρελαβόντων φυλαχθῆ. Obsecro, ut inveniatur modus, delendi hanc introductam absonam sententiam, & parcendi memoria antecessorum. Neque verò aliud responsum a Maximo accepit, quam hoc: Ἄλλο οὐκ ἔστι τρόπον, ἢ ὁρασιωπηθῆναι μὲν τὰ ὀπίσκειν, ἀναθεματίζῆναι δὲ τὰ τῶν παρελαβόντων δόγματα. Non est alius modus, quam taceri personas & anathemate affici talia dogmata.

§. 21. Atque hanc rationem tum MONOTHELETARUM haereseos capita, tum quâ methodo persuadere ea aliis conati sint, exposuimus. Eorum igitur catalogum, qui errores hosce vel propugnarunt è professo, vel cum autoritate, quâdam approbarunt & fecerunt suos, addere, non inutile fore censemus, et si maximam partem citatos eos jam antea esse, recordemur. Ut igitur in una

F

quasi

quasi tabellâ impostores hosce sectarios intueamur, supremum locum Jacobitarum Patriarcha *Athanasius*, vel *Anastasius*, cujus tamen obscura historia, merebitur. Vide *Zonaram* locô citatô, necnon *Paulum Diaconum* Lib. XIX. Huic proximi erunt Constantinopolitani Patriarchæ, qui ab *Heracii* temporibus, usq; ad *Constantini Pogonati* ætatem, Constantinopoli sederunt; quos inter *Sergius* primùm famosus esse coepit. Atq; hujus temporis a cum antea ordinata à nobis sint, conatus item impii hinc inde recensiti, in præsentis nil addimus amplius, quàm infelicissimam ejus fuisse *μεταμύθεωσιν*, dum è Doctore Orthodoxo, (qualis dubio procul eò habitus est tempore, quò *Georgius Pisidas* de eodem cecinit

*Lumen coruscum Christianorum chori,
Tu mens paterna, cor superbum neutiquam,
Volites per astra quanquam, & adeas æthera,
Te deprimis, congrederis & mortalibus, &c.)*

Hæreseos vel Autorem, vel fautorem certè se demonstrare postea incepit, non contentus, vivâ voce & clandestinis conatibus propugnasse eam, nisi in Epistolis etiam, quas ad diversos Ecclesiarum Antistites, ipsumque *Honorium* Episcopum Romanum dedit, itemque sub *Heracii* nomine promulgatâ *ἐκ τῆς ἑσῆς*, plures corrumpere tentasset, quæ venenata *Sergii* scripta, maximam partem in Actis *Concilii Lateranensis* recensentur. Omnis verò *Severinum Binnium* fugit temporum ratio, quando is Tomo II. Concil. part. 2. pag. m. 338. annotat, *Sergium* tunc, quando Epistolam ad *Honorium* scripsit, in qua à vocabulis unius, aut duarum voluntatum, abstinendum esse monuit, annò nimirum Christi 633. Pontificatus *Honorij* octavò, non tantùm orthodoxum creditum fuisse ab Orientalibus & Occidentalibus; sed etiam magnæ estimationis Episcopum esse habitum. Quamvis enim *Annalium Ecclesiasticorum* conditor *Baronius*, ad eundem annum Christi 633. num. 16. item num. 24. & imprimis num. 32. similia de *Sergio* annotarit, *Cum Sergius*, ait, *ad Honorium*, & *Honorius ad Sergium* scriberet, nec levis quidem suspicio erat de *Sergio*, quod *Hereticus* esset, qui in hanc usque diem summâ cum laude, absque vel levi suspicione erroris sedem illam piè, (uti *Catholicus*) sancteque rexerat, qui & suis literis speciem videretur reddere columbæ illius, quæ post diluvium signum pacis ore gestavit, dum tot in *Ægypto* conciliatos, junctosque *Catholicæ Ecclesiæ* populos hæreticos significaret. Ista quidem nuncianti *Catholico* homini (ita enim *Sergius* ubique terrarum ab omnibus habebatur) par erat *Honorium* cum eidem rescriberet, ad gratulari, (congaudeat enim *charitas veritati*) cum ea, quæ afferret, & professione *Chalcedonensis Concilii*

23.
lil & assertione Epistole sancti Leonis Papa, plus quàm satis perspicuò lumine lucere viderentur, omnique suspicionis nebulâ expertia esse; Manifesta tamen utriusque Parasiti Romani impostura est, & frustranei, ad *Honorium* excusandum, conatus; Quotquot enim MONOTHELETARUM originem, è vetustissimis Scriptoribus, recensent, *Sergium*, statim à tempore Colloqvii, quod cum Jacobitarum Patriarchâ *Heraclius* habuerat, ab eodem Imperatore interrogatum esse, testantur. Quare cum ad annum 628. vel 629. idem Colloqvium referendum esse, superius sit demonstratum, usque ad annum 633. *Sergii* perfidia, jam à multis Episcopis oppugnata, obscura esse non potuit. Quid? quod ipsemet *Baronius* memor à se dictorum antea non fuerit, quod mendacem tamen oportere, vulgò dicunt: Nam ad annum 629. num. 7. è *Theophane*, *Cedreno*, & aliis, accipiendum esse monet, Imperatorem, ab Athanasio, de operatione & voluntatibus, qualiter has in Christo oporteret dicere, duplas an simpas? Interrogatum & vocis novitate consternatum, scripsisse Sergio Constantinopoleos Episcopo, & hóc interrogatò, reperisse eum, cum *Cyro Phasidis Episcopo* consentientem, in unam voluntatem & unam operationem. Hæc ad annum 629. non tantùm recenset *Baronius*, sed addit: *Usque in hanc diem Catholicum se esse, idem Sergius professus fuit, ab omnibusq; ut Catholicus habitus & auditus: Ubi verò modò Imperatorem vidit ancipitem, in errorem ipse seductus, seduxit etiam Heraclium, sicque eandem hæresin poculo aureo propinavit Imperatori.* Quomodo igitur, qui per quatuor annos innumeros seduxerat, ipsumque corruerat Imperatorem, cum Aulicis, pro Orthodoxo haberi potuisset, ab alio, quam hæreticò *ὁμοψήδω*? Qualem omninò *Honorium* fuisse, quando à *Sergio* accepit literas, & ad eundem iterum dedit, propediem Deo dante demonstrabimus.

§. 22. Non melior antecessore suò *PYRRHUS* fuit, quippe qui non privatâ tantùm, sed publicâ etiam roboratus autoritate, eandem hæresin propugnavit. Ipsemet enim *Pyrrhus* in Africanâ disputatione, *SYNODUM* quandam commemorat, se Patriarchâ habitam, de quâ *Maximus* mirabatur, quomodo Adversarius Synodum auderet dicere, *τὴν μὴ καὶ νόμος, καὶ κανόνας συνδικῆς, ἢ δεσμῆς, ἡρομύλιω ἐκκλησιαστικῆς*, qui non esset habitam, ut *Leges & Canones Synodi & Jura Ecclesiastica* jubent. Non ignoro equidem, *Severinum Biniium* Tom. II. part. 2. p. 377. de Constantinopolitana quâdam Synodo, sub *Sergio* habitam, eadem verba accepisse. Sed profectò citatæ disputationis acta oscitanter legisse *Biniium* oportet, cum Synodum, non *Sergio*, sed se Patriarchâ, institutam, *Pyrrhus* commemoret. Ut iterum appareat, exinde, librorum heluones, & quos maximis certè sumtibus Romanorum E-

piscopi aluerunt, ut perfectum ederent opus, sæpissimè errasse. *Pyrrhum*
 porrò hæreticum virus usque adeò corruerat, ut *Constantino*, *Heraclii Fi-*
lio, atque parentis in Imperio quidem successori, nequaquam in patrociniò
 doctrinæ impiæ, insidias, cum aliis struxerit; Nam autore *Zonarâ* Annalium
 Tom. III. Ἦν ὁ Κωνσταντῖνος παρὰ τὸ πῶς ἔβη, τὸ βασιλείαν πατρόςθεν
 δεξάμενος, ἔμειπεν καὶ τὸ κακὸν ἔθος. Διὸ λέγεται τῆς κατ' ἐκείνην ἑπι-
 βολῆς, καὶ τὸν Πύρρον συμμετέχειν τὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως πρὸς ἑδρῶν. *De*
Religione rectè sensit, paterni imperii duntaxat, non item perverse opinionis
heres. Quà de causâ Pyrrhus etiam Patriarcha conscius fuisse insidiarum
putatur. Quamvis igitur Constans, qui Parenti successit, MONOTHELETAS fo-
verit in sinu, Pyrrhum tamen, utpote veneficii, Patri illati, conscium, justò &
debitò odiò ab initio persecutus est. Inde Pyrrhus, sub Constantis imperiò,
per Africam vagabundus, in Disputatione publica, robore argumentorum,
pro Orthodoxâ fide à Maximo Confessore allatorum, superatus, tùm in Afri-
ca, tùm Romæ Palinodiam cecinit. κατακρίνας μὲν τὰ τῆς ἀσεβῆς ἐκθέ-
σεως δόγματα, ἐνώσας δὲ ἑαυτὸν δεξιῶς τῆς ὀρθοδόξης ὁμολογίας τῆς ἀγίας, κα-
τολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, χάριτι, καὶ συνεργείᾳ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ
σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, damnans dogmata expositionis impiæ, seque per
rectam professionem cum Sancta Catholica & Apostolica Ecclesiâ conjun-
gens, gratiâ & cooperatione magni Dei & Servatoris nostri Jesu Christi, Nec
perseveravit tamen in veritate agnitâ, sed rediit postea ad priscum errorem,
cujus iterati Pyrrhi lapsus historia ita recenseri à Scriptoribus solet; Olympus
Exarchus à Constante, in locum Platonis, missus, Ravennam Pyrrhum voca-
vit, tunc temporis Romæ alias versantem, & precibus partim, partim promif-
sis eum superavit, ut instar canis ad vomitum redierit. Mortuò igitur Pau-
lò, quem Constantinopolitanum Episcopum, relegatò Pyrrhò, olim dixerant,
in dignitatis prisçæ atque honoris sedem, denuò ascendit Apostata, quam ta-
men post menses quatuor, unâ cum vita ipsa, iterum amisit. Interea Theo-
dorus Papa cum Pyrrhum in hæresin relapsum esse intellexisset, convocatâ Ec-
clesiæ plenitudine, (ut Theophanus refert) ad sepulchrum verticis Aposto-
lorum accessit, & divinò calice expostulatò, ἐ vivifico sanguine in a-
tramentum stillavit, atque ita propria manu depositio-
nem Pyrrhi excommunicati fecit. Confer Binium Tom. II. part.
2. p. 380. & Baronium ad ann. 648. num. II. seqq.

§. 23. In serie Episcoporum novæ Romæ atque eorundem hæreticæ
 factionis, *Paulus & Petrus* commemorandi adhuc restant. Horum prior;
 Pyrrhus

Pyrrhō de Regicidio suspectō, successerat, impia MONOTHELETARUM dogmata tantis conatibus defendens, quantos vix ullius antecessorum fuisse legimus; Quippe qui *Constantem* Imperatorem hæresi suâ occupavit non tantum, sed faniora monentes, *Africanos* nimirum Episcopos, ipsumque Pontificem Romanum, multiplici affecit injuriâ. Postquam enim ex Occidentalium Episcoporum literis, ab Africanis & Romana Ecclesia, MONOTHELETARUM hæresin iteratò damnatam esse, cognoverat, *Imperatori* autor fuit, Syncretisticum edictum illud, quod *TYPUM* vulgò appellarunt, promulgandi, & cum eundem Typum, convocatâ Synodò, improbasset *Theodorus*, eò tempore Romanus Episcopus, in *APOCRISIARIOS* ejusdem Constantinopoli sevitum, est. Sed quid vetat, iniquitatem Pauli, è sermone, à Martino Papa, in Concilio Lateranensi habito (apud *Binium* Tom. II. part. 2. pag. 418.) cognoscere? *Paulus*, conqueritur Martinus ibi, præcessores suos, in impietate superare contendens non solum in scripto per propriam Epistolam, ad hanc directam nostram Sedem, confirmavit & ipse contra se superius memoratæ ecclésiæ irrationabilem hæresim, sed etiam contradicens in scripto adversus recta Sanctæ Dei Ecclesiæ dogmata, audacter præsumsit paternis definitionibus contraire. Propter quod, justâ ab Apostolica Sede & ipse depositionis ultione percussus est. Insuper studuit ad cooperimentum proprii erroris, & in hoc *Sergium* imitatus, quibusdam subreptionibus uti, & clementissimo Principi suadere, Typum exponere, qui Catholicum dogma destrueret. In quo typo omnes omninò voces Sanctorum patrum cum nefandissimorum hæreticorum dictionibus enervavit, nec unam, nec duas voluntates aut operationes in Christo Deo nostro definiens confiteri. Ac per hoc sine voluntate penitus & operatione Christum denunciando, id est, absq; substantia & natura eum prædicare noscuntur. Quod enim nullam virtutem habet, sicut beate memoria *Dionysius* ait, nec est, nec quicquam est, nec aliqua ejus est omninò stabilitas. Nec enim aliter natura cognoscitur esse secundum veram substantiam consistens, nisi per inherentem sibi naturalem & substantialem virtutem, quæ videlicet & confirmare eam naturaliter adsolet. Quâ de re hujusmodi pravitatem suam defendens, quod nunquam nec à prioribus hæreticis præsumtum est, ipse illicitè præsumere studuit. Altare enim nostræ Sanctæ Sedis, in domo *Placidie* sacratum, in venerabili oraculo subvertens diripuit, prohibens ne adorandam & immaculatam hostiam, id est, sacram celebrationem Apocrisarii nostri ibidem Deo offerre valeant, & vivifica divina communionis Sacramenta percipiant. Quos videlicet Apocrisarios, qui ex præceptione Apostolicæ autoritatis commonuerunt eum, ut de tali hæretico intento recederet

nec non contestari visi sunt, persecutionibus diversis cum aliis Orthodoxis viris
& venerabilibus Sacerdotibus insecutus est eos: quosdam eorum custodia retrin-
dens, alios in exilio deportans, Alios autem verberibus submittere. Et quid me
oportet multa differendo sermonem extendere, dum constet omnibus, quæ ab
ipso publicè, nec non decessoribus ipsius per tot tempora contra Orthodoxos vi-
ros atq; Catholicam fidem perpetrata sunt. Quibus pene omnibus omnem
mundum conturbantibus atq; sollicitantibus, necessitate compulsi ex diversis lo-
cis querelas contra eos seu accusationes ad Apostolicam nostram sedem pluri-
mi Orthodoxi detulisse monstrantur, & tam in scripto deprecantes & conju-
rantes, quamque in cominus positi postulantes, ut totius mali, tantæque ever-
sionis per Apostolicam auctoritatem abscindatur commentum, quatenus mini-
mè totum corpus Catholice Ecclesie nocibiles eorum eesse eos langvor disrum-
pere valeat. Quæ de APOCRISARIIS, sive APOCRISIARIIS potius, à Martino
& aliis referuntur, ut intelligamus eò melius historiam hanc, dilucidius expli-
care placet. Fuerunt igitur APOCRISARII, deficiente Justiniano Novell.
6. τὰ πράγματα πρὸς τὸν ἀγιοτάτων ἐκκλησιῶν, id est, qui res Eccle-
siae tractabant. Quamvis enim postea Apocrisarii quivis propemodum LE-
GATI dicti videantur, (ut est apud Nicetam, in Manuali Comneno L. VI.
πίμψας Ἀποκρισιάρχης πρὸς βασιλέα πάλιν, ὡς εἰρήνης ἀγαλέγεται) pri-
ma tamen eorundem origo non alia fuisse videtur, quam quòd in aula Impe-
ratoris, qui Ecclesiarum, & Romanæ præsertim, incrementa & privilegia cu-
rabant, versarentur olim. Prolixissimè quidem de iisdem Apocrisariis Rhe-
mensis Archiepiscopus Hincmarus in Epist. III. ad Episcopos quosdam Fran-
ciae egit, sed quod à fabula, de Donatione Constantini M. auspicietur discursum,
universam ejus relationem suspectam reddere videtur: In primà dispositione,
inquit cap. 13. Regis palatium in ornamento totius palatii in ordinatum e-
rat. Anteposito Ergo Rege & Regina cum nobilissima prole sua, tam in spiri-
tualibus quam & in secularibus, atque corporalibus rebus per hos ministros o-
mni tempore gubernabatur. Videlicet per Apocrisarium, i. e. Responsa-
lem negotiorum Ecclesiasticorum; cujus Ministerium ex eo
tempore sumit exordium, quando Constantinus Magnus Imperator Christia-
nus effectus, propter amorem & honorem Sanctorum Apostolorum Petri & Pau-
li, quorum doctrinà ac ministerio ad Christi gratiam Baptismatis Sacramentū
pervenit, locum & sedem suam, Urbem scil. Romanam, Papæ Sylve-
stro edicto privilegiò tradidit, & sedem suam in civitate sua, quæ antea Byzan-
tium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando edificavit: & sic Respon-
sables

sales tam Romane Sedis, quam & aliarum precipuarum Sedium in palatio pro Ecclesiasticis negotiis excubabant. Aliquando per Episcopos, aliquando verò per Diaconos, Apostolica Sedes hoc officio fungebatur. - - - Apocrisarius autem, quem nostrates Capellanum, vel palatii custodem appellant, omnem Clerum palatii sub cura & dispositione sua regebat. Cui sociabatur summus Cancellarius, qui à secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui precepta regia absq; immoderata cupiditatis venalitate scriberent & secreta illis fideliter custodirent. Post eos verò sacrum Palatium per hos ministros disponebatur: per Camerarium videlicet, & Comitem Palatii, Senescalum, Cubicularium, Comitem stabuli, Mansionarium, Venatores principales quatuor, Falconarium unum. Vide, quæ in sequentibus etiam ejusdem Epistolæ capitibus, prout eadem in Editione Johannis Bussæi, numerantur, adjecit, & confer Johannis Meursii, Glossarium Græco Barbarum.

§. 24. PETRUS denique, qui mortuo successit Pyrrho, jure quasi hæreditariò, MONOTHELETARUM hæresin tuam fecit. Quamvis enim is, ut Catholicus videretur, ad Eugenium Papam, Martini successorem, literas miserit, summoperè ab eo contendens, ut in communionem reciperetur, multis tamen ambagibus cum eadem literæ essent involutæ, nihil omninò impetravit, quemadmodum ex Athanasio, Leo Allatius, de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetua confessione Lib. I. c. 26. refert, & versutissimum, hunc MONOTHELETAM hæreticum fuisse, observavit Binius l. c. Post hunc demum electò Thomâ, continua MONOTHELETARUM, per plures annos, in Sede Constantinopolitana successio defecit.

§. 25. Neque verò hæreticæ pravitatis doctores alios, præter novæ Romæ Patriarchas, silentiò præterire convenit; Hos inter malitiâ suâ Cyrum inclaruissè legimus, Phasidis olim, quæ est Lazicæ sive Colchidis Metropolis, postea Alexandria Episcopum. Eundem scilicet ante Sergium, de Anastasii quæstione, Heraclium consuluisse, multi veterum testantur. Atque hic Cyrus ille est, qui Synodum Alexandria convocavit, in qua, propositis novem capitulis, MONOTHELETARUM hæresis, sub Syncretismi palliolo, stabilita est. Certè nisi in cap. 7. sanxisset impostor τὸν αὐτὸν ἕνα χριστὸν καὶ υἱὸν ἐ-
υεγύσθη τὸ θεογενῆ καὶ ἀνθρώπινα μετὰ τῆς αὐτῆς καὶ ἐσσεγείας id est, unum illum Christum & filium operari Divina & humana una DEL-
virili operatione; fraudem hæreticorum vix animadvertisset Sophronius, qui idem capitulum postea impugnavit. Confer Actionem XIII.
Synodæ

Synodi VI. apud Bivium Tom. III. part. I. pag. 155. A Cyro nec tempore, nec doctrinae intuitu, discrepavit multum Theodorus Pharanitanus Episcopus, quem propterea primum hæreseos autorem Josias Simlerus appellat, in Narratione Controvers. de Personâ & Naturis in Christo pag. 205. Fuisse verò Pharan Arabiae oppidum, Ægypto vicinum, Geographi annotant, & apud Stephanum imprimis de Urbibus sequentia leguntur. *Φαράν πόλις μεταξὺ αἰγύπτου, καὶ ἀραβίας, τὸ ἐθνικὸν, Φαρανίτης. καὶ κνήκον Φαρανήτικὸς ὄρεσ.* Denique Macarius Antiochenus Episcopus ejusdem hæreseos defensionem in se suscepit, quippe cujus confessio erat in Synodò Constantino-politana, ἢ λέγω δύο θελήματα, ἢ δύο ἐνεργείας ὅτι τῆς ἐν σάρκι οἰκονομίας τῆς κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, αἰεὶ ἐν θελήματι, καὶ θεανθρωπικῇ ἐνεργείᾳ. Non dico duas voluntates, aut duas operationes in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, sed unam voluntatem, & Dei virilem operationem. Vide quæ prolixè cum eodem disputarunt Patres Actione VIII. ejusdem Synodi. Denique accusantur etiam hujus erroris, præter Polychronium, cujus stoliditatem in præcedentibus recensuimus, itemque alios nonnullos, duo Romanorum Episcopi, Virgilius nempe, qui à Maximo tamen absolvi-tur, in Africana disputatione, apud Baronium pag. 780. & Honorius, quem Romanenses quidam similiter excusare conati sunt, sed quam infeliciter id tentarint, in peculiari Dissertatione, si DEUS dederit, ostendemus. Postquam igitur de hæretica MONOTHELETARUM doctrina pariter atque Doctolibus, dictum huc usque à nobis est, ne excrescat nimium pagellarum, numerus, præsentī Dissertationi imponimus finem,

dicentes

S. D. G.

Theophrastus de aëthiopia



Wittenberg, Diss., 1664-65

ULB Halle

3


004 716 361



7

VDA 7







B.I.G.

Farbkarte #13

Q. D. B. V.

31

ONOTHELE- TARUM HÆRESIS,

ARTATIONE HISTORICO-THEOLOGICA
DESCRIPTA,
quam

enerandi Collegii Theologici consensu,
IN ALMA LEUCOREA,
Sub PRÆSIDIO

1665

108

GIDII STRAUCHII,
S. Theol. D. & Historiarum
Prof. Publ.

*Publico Examine ad diem XXVIII. Octobr. 1665.
horis locog. solitis,
exhibet*

BERTUS GREVENORP/
Suderovio-Holfatus,

WITTENBERGÆ
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad, Typ.
Anno clæ lcc LXXXVI.

Handwritten signature or mark

